

20

RESPONSUM
AD OCTO QVÆSTIONES PAPISTICAS,

QVIBUS

JESUITÆ

COLONIENSES SIMPLICIORUM ANIMAS ILLA QVEARE, & à veritate Evangelii abstrahere annituntur:

re, & à veritate Evangelii abstrahere annituntur:

Iisdemq; opposita totidem rationes,

Quæ

PAPALEM ECCLESIAM DESE-

rendam esse cuius pio & cordato persuadere possint.

DE QVIBUS

Deo potenter Adjuvante Maximo

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS GERHARDI

S. THEOL. DOCTORIS ET PROF.

In publica disputatione 25. Septembris instituenda

Rationem reddet

M. ANTONIUS MYLIUS AMPLISS. FAC.

Philosophica Adjunctus.

JENÆ

T 162 (20)

EX TYPOGRAPHÆIO LITHANDRI,

ANNO clō 15 C XIX.



Illustris Rei Litterariae publicae ATLAS

THOMA von Knesebek/
Veteris Marchiae PRÆSES:
SENIOR

Gloria quem niveis extollit ad athena pennis:

Vosque adeo

Tanto Genitore condigni FILII

Virtuosa Nobilitatis Flores fragrantissimi:

THOMA von Knesebek/
HEMPO von Knesebek/
LEVIN von Knesebek/

Rarioris Geni, Ingeni ac Exempli FRATRES:

Partim Magno illi S. R. I. Archicamerario, JOHAN-SIGISMUNDO,
Brandenburgicorum Marchioni &c. Partim ACHILLE isti Germanico,
CHRISTIANO, Anhaltiae Principi &c. à consiliis
secretioribus Hereditarii in Tilsen:

PATRONI

Quos meus æternum citibara cantabit Apollo:

DUdum jam est, quò Musa mea ad aram Augusto nomini vestro sacra
thura ferre fuerunt animata. Fecissent utinam pridem, idq; in Sacello
Fame ac Mnemosynes. Sed caput hoc tango meum, quod voluere, non valuere,
hoc est, sat odora, quae libarent, nusquam invenere. Postquam vero ite-
rum aliquid audendum duxerunt, fidem suam vinculo, quo VOBIS per tem-
pus aliquod obligatae fuerunt, solvendam censuere, hocq; una fidelia expediun-
dum statuere, quamvis animo prae pudore penitus abdicante. Solutio quo fiat
are cernitis, tali nimirum, cujus materies à nugivendulorum Colonensium,
queis crambem eandem nobis nuper reponere placuit, scoria eleganter depura-
ta, accuratè defecata. Hanc VOS Termaximi FAULTORES voltu sere-
niori, nutu saventiori suscipite, ipsius curam animosi gerite, meq; hujus cultu-
rem observantiâ & officiis VOBIS mancipatum, solito benivolentiae fervore
tueri pergite: quod ne recusetis coltu contendo ardentiori.

Vestri observantissimus:

M. MYLIUS.



THESIS I.



Divus Apost. falsos

*Quæstiones
Jesuiticæ*

Doctores Rom. 16. v. 18. sic de-

scribit, quod per *χρησολογίας* & *εὐλογίας* se-
ducant corda innoentium, (*τῶν ἀκάκων* ho-
mnum alioqui minimè malorum) Per-

χρησολογίας & *εὐλογίας* illas intelliguntur blandi sermones & persuasibilia quædam argumenta, quæ non sunt petita ex unico & proprio Theologiæ principio, ex verbo Dei in Prophetis & Apostolicis scriptis proposito, quod unicum ac solum certæ & immotæ apodixeos materiam in fidei articulis exhibet, sed ex quibusdam Topicis principiis & ex communiter accidentibus, quæ pariunt duntaxat opinionem ac verisimilitudinem, quibus homines alioqui non mali, si non sint in veritate probè fundati ac firmati, à regia illius via facile abducuntur & in errores seducuntur.

// N3.
//
//
//
//
//
//

1. Tales *χρησολογίας* & *εὐλογίας* Jesuitis hodiè sunt familiares & frequentissimæ, quarum evidens exemplum proponunt octo illæ quæstiones, quas in suis concionib. & scriptis sæpius urgent, quin & in schedula consignatas hominibus distribuunt, iisdemq; *τῶν ἀσηκέρτων* eos, qui ob diligentem & quotidianam Scripturæ lectionem ac meditationem prætermittam nondum sunt in vera fide confirmati, illaqueant & ad Papalis Ecclesiæ consortium illicitum. Inter eas primo loco ponitur ista. 1. *An ex Lutheri vita & scriptis colligi possit, illum fuisse SS. instrumentum ad tam arduum Reformationis (si quæ necessaria fuit) negotium instituendum?* Quod negandum censent. 1. *Ob scripta spurcissima.* 2. *ob graves calumnias, quas in viros Principes & ipsos S. R. Imperii status pro-*

*An B. Luth-
therus fudo-
rit organū
S. S. in ope-
re reforma-
tionis?*

A 2 jecit.



jecit. 3. ob turpissima in Deum & ipsius Sanctos dictoria. 4. ob infinitas contrarietates & summam inconstantiam, in quibus ad ultimum usq; vitæ spiritum fuit. 5. ob summam ejus scurrilitatem. Hæc illi.

3. Antequam verò ad hanc quæstionem directè respondeamus, explicandum prius illud, quod *παρερθετικὸς* annectitur, si qua reformatio fuit necessaria. Hæc enim verba aut ponuntur *assertivè*, sensu eo, quod necessaria quidem fuerit Ecclesiæ reformatio, sed non esse verisimile, quod Deus Lutheri Ministerio ad eam uti voluerit, aut *hypotheticè*, sensu scil. eo, quod si vel maximè juxta falsam nostram hypothesein Reformatio fuisset necessaria, tamen verisimile non fit, eam Luthero divinitus fuisse demandatam. Si prius, agnoscant falsam esse assertionem eam, quod Ecclesia Romana ab omni errore & errandi periculo penitus sit immunis. Quæcunq; enim Ecclesia reformationem necessariò requirit, ea non solùm errandi periculo subjacet, sed etiam errores quosdam actu admisit. Loquimur enim de tali reformatione, quæ non solùm mores & vitam, sed etiam doctrinam spectat. Si posterius, respondeant suspiriis & querelis à quamplurimis etiam ante Lutherum auditis, quibus Reformationem Ecclesiæ exoptarunt, de quib. Catalogus testium veritatis, Centenarii Wolffii & alia scripta consulantur. Considerentur Gravamina S. R. Imperii in publicis Comitibus Norib. Ann. 1522. contra Romanam sedem proposita, Consilium delectorum Cardinalium Paulo III. Pontifici datum, Confessio Adriani VI. ipsius, Concilii Tridentini, quod abusus quidam gravissimi in Ecclesiam Rom. irrepperint. Vid. tract. de Eccles. §. 167.

Argumentum Jesuiticum pro parte quæstionis negante.

4. Argumentum ipsum sic concludit. Cujus scripta plena sunt spurcitie, calumniis in Magistratum, turpissimis in Deum & ipsius Sanctos dictoriis, infinitis contrarietatibus, ac summâ scurrilitate & levitate, is non potest esse S. S. instrumentum ad arduum Reformationis negotium. Lutheri scripta sunt talia, quod probatur ex inductione quorundam ex Colloquiis mensalibus, Epistolis & operum tomis, locorum. Ergo.

5. Ne-

5. Negamus i. majorem datis validissimis instantiis. *Respons ad argumenti propositio- nem majorem.*
Judas Christi proditor fuit instrumentum Spiritus sancti in reformatione Ecclesiae Judaicae, quando scilicet unà cum aliis undecim Apostolis à Christo fuit ablegatus ad Evangelii prædicationem. Matth. 10. vers. 4. idem tamen Christum ipsum prodidit, quod plus est, quàm si ipsius scripta fuissent plena spurcitie, calumniis, scurrilitate, &c. quia graviora peccata sunt, quæ factis quàm quæ verbis perpetrantur. *David* fuit organum Spiritus sancti in erudienda Ecclesia Israëlitica, idem tamen adulterium perpetravit, quod plus est, quàm si in scriptis suis spurcitiem & scurrilitatem proposuisset. Idem de *Lorho* incestum committente, *Aarone* idololatra, *Mose* dubitante, *Salomone* idololatriam fovente, *Petro* abnegante &c. inferri potest.

6. Limitanda igitur est major propositio. Cujus scripta sunt plena spurcitie, calumniis in Magistratum, turpissimis in Deum dictis &c. is illo tempore & in illo ipso scriptionis actu non est S. S. organum, interim tamen vel prius ante lapsum, vel actâ iterum pœnitentiâ post lapsum potest esse Spiritus sancti organum. Sic *David*, *Petrus* &c. ante lapsus suos & post lapsus actâ pœnitentiâ fuerunt salutaria S. S. organa, licet in ipsis lapsibus Spiritus ductum non sint secuti.

7. Si obvertas, Lutherum eo ipso tempore quo Reformationis opus aggressus est, idemq; continuavit, talia in scriptis suis proposuisse, ergò non esse verissimile, quod fuerit in illo opere S. S. organum, Resp. duplicem majoris limitationem fuisse datam, quod scilicet vel illo ipso tempore vel in illo scriptionis actu non fuerit Spiritus S. organum. Ut in omnibus renatis ita quoq; in Luthero fuit caro & Spiritus. In opere Reformationis fuit salutare Spiritus S. organum, & hætenus sive hoc respectu Spiritus sancti per verbum ipsum regentis ductum per omnia fuit secutus, interim tamen à carne & carnis infirmitatibus non fuit penitùs immunis, sed cum Paulo Apostolo conqueri ipsum oportuit, Roman. 7. vers. 14. *Ego carnalis sum, venundatus sub peccatum.*

8. Quemadmodum autem vita & facta Lutheri non caruerunt nævis & infirmitatibus carnis, aliàs non necesse habuisset cum Apostolis orare, *Domine, dimitte nobis debita nostra* Matth. 6. v. 12. ita quoq; ipsius dicta in mensa excepta & scripta fortè non fuerunt ab omnibus nævis carnalibus defecata.

9. Ut enim Lutherum non habemus pro Angelo, nec in subfelia Prophetarum & Apostolorum cum collocamus, ita quoq; ipsius scripta non habemus pro Canonicis nec parem illis auctoritatem cum Canonicis Prophetarum & Apostolorum scriptis tribuimus, sed quod Augustinus de Cypriani, idem & nos de Lutheri scriptis dicimus. libr. 2. contra Crescon. cap. 32. *Ego Cypriani (ita quoq; Lutheri) litteras non ut Canonicas habeo, sed ex Canonicis considero & quod in eis divinarum Scripturarum auctoritati congruit, cum laude ejus accipio, quod non congruit eum pace ejus respuo.*

10. Quemadmodum ergò in Patrum scriptis quædam erronea legimus (quòd ne ipsi quidem Pontificii negare possunt, cum distinguant inter Patrum communem consensum & privatas eorum opiniones, cumq; Bellarm. dissentè scribat lib. 3. de V. D. cap. 10. §. Dices *Quis negat Patres habuisse excellenter donum interpretandi Scripturas, & tamen præcipuos eorum fuisse lapsos?*) nec tamen propterea ipsos salutaria in aliis fuisse S. S. organa negamus, sic etiam si vel maximè in Lutheri scriptis quædam occurrerent spurca, calumniosa, scurrilia, &c. non tamen ob id statim negandum cum alio tempore & in aliis verbis ac factis fuisse S. S. salutare organum, longè enim magis adversatur Spiritus sancti recta & salutaria docentis impulsui, erronea docere, quàm spurcam aliquam & contumeliosam vocem emittere.

11. Neve ulla amplius restet dubitatio, opponimus Pontificiis proprias suas hypotheses. De Pontificib. Romanis statuunt, quòd in veritate docenda infallibilem Spiritus sancti assistentiam habeant, interim negare non possunt, quosdam ex illis flagitiosam vitam duxisse, unde Panormitanus scripsit, *multos Pontifices ejusmodi vitam agere, ut verisimile non sit, illos vel resurrectionem mortuorum vel vitam eter-*

nam

nam credere. Georg. Goth. Canon. Paris. adv. Heerbrand. p.
116. Hoc te scire volo, me in asserenda Pontif. Roman. dignitate
non tam personas quam officium spectasse, neq; omnium Pontifi-
cum defensionem suscipere, cum plerosq; vitam turpem ac flagi-
tiosam duxisse luce clarius sit. Johan. Stella Venetus in Chro-
nico multorum Pontificum peccata recenset facta, idem ta-
men Historiam suam hisce concludit & confirmat verbis.
Fateor atq; Deum meum testor, me non falsa scripsisse. Coster.
in Enchir. cap. 3. *Fatemur fieri posse, ut Petri Successor idola-
colat Diabolicis artibus operam navet.* Bellarm. in præfat. li-
brorum de S. Pontif. *Permisit ad extremum Deus, ut quidam
parùm probi Pontifices aliquando hanc sedem tenerent ac rege-
rent, quales sanè fuerunt Stephanus VI. Leo V. Christoph. I.
Sergius III. Johannes XII. aliq; non pauci, si vera sunt, quæ de
eorum vita & rebus gestis apud Historicos eorum temporum
scripta leguntur. Et postea: Nos agnoscimus & fatemur Ponti-
ficum vitia fuisse non pauca.* Ac possent in specie contra
singula Decalogi præcepta Pontificum gravissima & maxi-
mè enormia peccata ex ipsis Pontificiis Scriptoribus annota-
ri. Vid. tract. de Eccl. §. 263.

12. Quod si ergò ex Pontificiorum hypothese flagi-
tiosa Pontificum vita nihil impedit, quò minùs agnoscan-
tur salutaria Spiritus S. organa in universa Ecclesia guber-
nanda, in veritate definienda & contrariis errorib. damnan-
dis, quantò minùs verba quædam turpicula, calumniosa, le-
via &c. si vel maximè à Luthero in conversatione fuissent
prolata, & ab aliis sine iudicio excepta vel in scriptis ab ipso
met annotata, impedire poterunt, quò minus in aliis scriptis
vel eorundem Scriptorum partibus, atq; in aliis operibus ac
sermonibus censeatur salutare Spiritus S. organum. Con-
nexionis ratio est manifesta, quia flagitiosa vita magis pu-
gnat cum infallibili immediata & perpetua Spiritus S. assi-
stentia, (quam in Pontifice suo Romanenses statuunt, nos
verò in Luthero minimè agnoscimus) quam verba turpicula
& contumeliosa ex infirmitate carnis fortè prolata cum du-
ctu Spiritus sancti in aliis verbis & operibus alio tempore
prolatis & susceptis. Costerus de Pontificum flagitiis disse-
rens.

rens in Enchir. p. 370. scribit. *Hæc ut sunt hominis peccata,*
ita nobis Dei benignitatem clarissimè testantur, qui per tam pu-
tidos canales sua ad nos transfudit dona. An non idem de
Luthero respondere possemus, si vel maximè vera essent o-
mnia, quæ de ipsius vitiis Jesuitæ disserunt.

13. Negari enim non potest in Luthero præter infir-
mitates carnis omnibus Sanctis adhærentes conspici pecu-
liaria Dei dona, si remotis parumper affectuum nebulis cla-
ram veritatis lucem intueri velimus. Ecquis enim ex tem-
porum superiorum Historia & ex scriptis Lutheri non intel-
ligit, ipsum eruditione singulari, summâ linguarum peritiâ,
judicii acrimoniâ, dexteritate in Scripturis sacris vertendis
& explicandis planè mirabili, eloquentiâ divinâ, animo he-
roico & imperterrito, successu felicissimo, adeoque omni-
bus ad Reformationis opus necessariis donis divinitus fuisse
instructum? Cui ignotæ sunt prædictiones à Johanne
Husso, Hiltenio & aliis quamplurimis de Reformatione Ec-
clesiæ proximè instante prolatae, quas enumeratas Vid. in
tractat. de Eccles. §. 292. quis inficias ire poterit, ipsum Scri-
pturam sacram in lucem iterum protulisse, in linguam ver-
naculam ex ipsis fontibus purè & perspicuè transtulisse, ar-
ticulos fidei ex ea perspicuè exposuisse, doctrinam de pœni-
tentia, justificatione & bonis operibus pristino nitore re-
motis vanis ac variis hominum commentis restituisse, Hy-
mnos & Cantica spiritualia composuisse, &c. quæ omnia
ac similia opera manifestè testatur, ipsum fuisse in illis perfi-
ciendis salutare S.S organum. Vid. tr. de Min. Eccl. §. 123. Quis
non fateri cogitur, ipsum mirando ac planè singulari modo
fuisse adversus insidias & violentiam adversariorum divini-
tùs conservatum? Cogitetur quæ adversus ipsum audita fue-
rint Pontificum & Episcoporum minæ, quantæ ipsius vitæ
structæ fuerint insidiæ, quot anathematum & præscriptio-
num fulmina in ipsum fuerint conjecta, quantis instructi
fuerint viribus, quæ ipsum è medio sublatum cupiebant?
Cogitetur Historia Comitior. Wormacensium, nec dubium
amplius erit, quin singulari Dei patrocínio & tutela adver-
sus tot potentissimos hostes tutus fuisse agnoscat, unde in
glossa

glossa super edict. Caesar. tom. 6. Witeberg. fol. 169. tom. 5. Jenens. German. fol. 321. ad Hussi vaticinium de sui adversus hostium molitiones conservacione ipse provocat. *Johannes Huss* (inquit) *ex carcere suo in Bohemiam scribens de me vaticinatus est, jam anserem exuritis, sed post centum annos cygnus veniet, quem non poteritis exuere, & addit, Da sols auch bey bleiben ob G Dtt will.*

14. Diximus hactenus de Majore propositione, jam *Respons. ad*
2. accedimus ad Minorem, quam esse ex meris calumniis *propositio-*
confutam jampridem à nostris est evictum. Quæcunque *nem minor*
enim à Cochlæo, Fratre Naß Pistorio, Vettero, Ungersdorf- *rem arg.*
fio, Sartorio, &c. ad eam probandam sunt allata, ea à nostris
Theologis videlicet à D. Spangenbergio in scripto German.
Wider die böse Sieben / à Theologis Tubingensibus & Haf-
fiacis in scriptis Germanicis contra septem Spiritus Pistorii
Anno 1596. Tubingæ & Anno 1597. Francofurti editis, à D.
Heilbrunnero in Postcolloquio Ratisbonensi, & in scriptis
contra Vetterum, à D. Empsychovio in demonstratione
contra Braunium Decanum Colonienf. edit. 606. Ann. à D.
Zeæmanno in refutatione gratulationis Ungersdorffianæ
Laving. Anno 612. & à D. Lælio in responsione German. ad
scriptum Sartorii Anno 614. Onoldsbachii edita sub titulo
 Rettung D. Luthers seligen/ Lehr/ Ehr vnd guten Namens/ &c.
penitus sunt protrita & in fumum redacta, frustra igitur
eandem cramben denuò reponunt, cur enim scriptis no-
strorum hac de re editis non respondent, sed veteres calu-
mnia per *κοκκυσμὸν* semper repetunt?

15. In genere ergò respondemus. 1. Maximam isto- *1. In genere.*
rum dictorum partem ex *Colloquiis mensalibus* esse deprom-
tam. Sed hunc librum pro genuino Lutheri scripto non
agnoscimus, cum à Luthero nec editus nec recognitus fue-
rit, cumq; contineat plurima genuinæ Lutheri sententiæ in-
scriptis indubitatis propositæ contraria, quo argumento
Bellarm. in lib. de script. Eccles. ad elevandam alicujus libri
autoritatem sæpius utitur. 2. ex antecedentibus & conse-
quentibus & ex causa & occasione dicendi petendam esse
cujusq; dicti intelligentiam. Quod si fiat, manifestò appa-
rebit.

rebit Luth. insignem ab adversariis injuriâ sapius fieri & in peregrinum planè sensum ejus verba torqueri. 3. Æquum esse ut Luthero tantis accusationibus prægravato defendendi sese copia detur, id est, aut auditoribus, apud quos Lutheri vitam, famam & scripta virulentis calumniis traducunt, potestas concedatur, legendi scripta Lutheri & ex iis de accusationibus ipsi intentatis judicium faciendi. Sed hoc frustra ab adversariis petitur, eum ne quidem Scripturæ lectionem Laicis, quos ita vocant, concedant. 4. Quædam videri turpia, scurrilia & levia, quæ reverâ talia non sunt, sed tantum in auribus & cordibus immundorum. Tit. i. vers. 15. Sic inter turpissima in Deum & Sanctos dicta hic refertur, quod Lutherus in libr. contra Emserum Lipsiensem, qui in scriptis Luthero sapius insultaverat, adversarium suum falsè irridet his verbis: *Behüt Gott für Gabelstichen/ die machen drey Löcher/ &c.* Sed quis in eo ullam turpitudinem vel blasphemiam in Deum agnoscit? Sic scurrilitas & levitas ex eo probatur, quod nulla ferè pagina sit, in qua non aliquoties sentinis, merdis, latrinis, stercoribus, linguam & calamum, conspurcet. Sed si illa verba tam generaliter accipiantur, ut posita sunt, veritati adversantur vel maximè, vix enim in mille paginis quandoq; talis occurrit locus, quod si Luthero jure objicitur usus illorum verborum, posset idem objici Spiritui sancto, qui in sacris litteris ab eis non omninò abstinet, mentio enim fit Iarinx 2. Reg. 10. vers. 27. *σποβάλλων* Phil. 3. v. 8. ejus quod per secessum emittitur Matth. 15. v. 17. &c. 5. Quosdam ex ipsis Pontificiis Lutheri vitam & scripta commendasse. Erasmus (quem Leo X. dilectum suum filium vocat) in Epist. ad Archiep. Mogunt. *Ut quisq; est vir optimus, ita Lutheri scriptis minimè offenditur.* Idem in Epist. ad Thom. Card. Eborac. lib. II. Epist. I. *Hominis vitam magno consensu probatur, jam id non leve præjudicium est, tantam esse morum integritatem, ut nec hostes reperiant, quod calumniantur.* Andreas Masius Abbas Wingartensis audientibus multis Pontificiis & Lutheranis testatus est, *in una Scriptorum Lutheri pagina plus esse solidæ Theologiæ, quam interdum in toto libro alicujus Patris.* Plura hujusmodi adversariorum de Luthero honorifica testimonia collegit D. Förster. in Strena ad

ad Gretserum missa. Vid. etiam tract. de Eccl. §. 295. Hoc unum petimus à Lutheromastigibus, ut ipsimet Lutheri scripta diligenter evolvant, nec rapsodis illis, qui aranearum instar ex rosa virus colligentes, ea quæ rusticitatis vel scurrilitatis aliquam speciem habent, prætermittis reliquis utilissimis & præsentissimam S. S. efficaciam spirantibus, odiosè & oriosè congerunt, unicè confidunt, ac facilè deprehendent, quo Spiritu Lutherus scribat, quosvè aculeos in animis legentium relinquat.

16. In specie. 1. de *Spurcitie* afferuntur quatuor. 2. in specie. 1. quòd scribat, *Si non vult uxor, veniat ancilla*. Resp. calumniam hanc Lutherus adhuc vivus in scriptis depulit, non approbat promiscuum conjugis & ancillæ usum, sed loquitur de casu pertinaciter denegati conjugalis debiti, adeoq; de injusta desertione, ob quam Apostolus ipse divortium concedat 1. Cor. 7. v. 15. ac disertè addit, *non privato arbitrio instituentam separationem, sed rem deferendam esse ad Magistratum*. Inspiciatur totus contextus, & res erit planissima. Cur autem in Luthero hoc taxant, cum Gregor. III. in Epistola ad Bonifac. permittat viro *ducere aliam uxorem, si propter morbum uxor debitum conjugale reddere non valeat*. c. Quod proposuisti 32. q. 7. Bellar. quidem lib. 4. de Pontif. Rom. c. 12. responder, *Gregorium loqui de naturali & perpetua impotentia*. Sed verba ipsa testantur, Gregorium non loqui de impotentia, sed de infirmitate ac de iis inter quos fuit verum matrimonium, unde etiam jubet, *ut priori de necessariis provideat*. Tandem igitur addit *Gregorium ex ignorantia lapsum*, at qui ex ignorantia errat, is non minus errat, quàm qui contra scientiam & conscientiam agit, unde etiam in posterioribus Bellarm. editionibus hoc est omissum. Vide scripta Wirtenberg. & Hassiacorum Theologorum contra Pistorium. 2. quòd statuatur *Conjugium esse æquè necessarium ac cibum & potum*. Resp. loquitur de illis, qui non sunt continentia dono instructi, de quibus Apostolus etiam pronunciat 1. Cor. 7. v. 9. *Meliùs est nubere quàm uri*. Confer autem cum hoc Lutheri pronunciato, quod Æneas Sylvius, postea Pius II. Pontifex Epist. 92. scribit. *Ego plus Venerem*.

amo quam cibos. 3. quod ex Colloq. mensalibus Latin. af-
fertur de tribus virginibus nubilibus, illud non recipimus,
tanquam à Luthero scriptum, quamvis proverbiali locutio-
ne dictum videri possit, quod nulla ex eis pristinae supersti-
tioni immersa sit, quâ moniales mortem potius quam con-
jugium eligerent. 4. quod in Epist. Latina Anno 21. ad Phi-
lipp. Melancht. ex Patmo scripta dicat, *se fervere carne, libi-
dine, pigritia, ac per octo dies nihil scribere, orare, studere &c.*
Resp. Sunt hæc verba conquerentis de gravissimis tentatio-
nibus, quod non sentiat pristinum ardorem Spiritus in pre-
cibus, contra v. tentationes Satanæ ac carnis & alias mole-
stias sentiat, à quibus mirum non est eo præsertim tempore
& loco Lutherum non fuisse immunem. Legantur autem
querelæ Hieronymi, Francisci, Dominici & aliorum, qui in
Papatu Sancti habentur, de suis, quas experti sunt, carnis ten-
tationibus. Quid quod quidam ex Monach. adeoq; ipse
Bellarmin. de Monachis cap. 30. *σκόλοπα* in textu Apostolico
2. Cor. 12. v. 7. de libidinis motibus Paulo molestis inter-
pretati fuerint (tentabatur Apostolus, inquit Bellar. magnis
& diuturnis stimulis carnis) quos Erasmus hoc nomine in-
annotat. illius loci merito taxat. De Paparum scortatorum,
adulterorum, incestuosorum, &c. Spurcitie omnes loquun-
tur Historiæ. Orator Bavaricus in Concil. Trident. publicè
testatus, *in visitatione per Bavariam facta tam frequentem
concupinatam fuisse repertum, ut vix inter centum Sacerdotes
tres vel quatuor inventi sint, qui aut manifesti concubinarij non
fuerint, aut clandestinè matrimonia non contraxerint, aut uxo-
res palàm non duxerint.* Videatur præfatio Balæi præmissa
libro de actis Romanorum Pontificum, consideretur regula
Campegii, Hosii, Piggii, Costeri &c. *Sacerdotem gravius
peccare, si uxorem ducat, quàm si concubinam alat,* expen-
dantur querelæ de Papisticorum Sacerdotum spurcitie, ac lu-
dum & jocum dixeris, quicquid spurcitiem aliquam redo-
lens ex Lutheri scriptis magno studio eruunt. Confer tract.
de Ministr. Eccl. §. 338.

2. Decalu-
mniis con-
tra Magi-
stratum,

17. 2. De calumniis contra Carolum V. Henricum Re-
gem Angliæ, Georgium Saxonie Ducem & Henricum
Ducem

Ducem Brunsvicensem profusis hoc monemus. 1. Lutherus doctrinam de Magistratu Politico non minus quam reliquos fidei articulos à corruptelis vindicavit & Magistratus auctoritatem à Pontificibus Romanis eorumq; Episcopis ferme penitus depressam stabilivit, ut ex infinitis locis probari potest. Extat in tom. 2. oper. scriptum Lutheri de Magistratu Politico, deq; obœdientia illi præstanda, quod cum Fridericus Sapiens legisset, præ lætitia exultavit & sublatis in cœlum manibus suo creatori ac redemptori gratias egit, quod ex sacris literis jam teneat cognitum, quod sit in eiusmodi vitæ statu, qui Deum autorem habeat, & in quo bonâ conscientia versari ac Deo placere possit. Tom. 6. Jen. statim in pr. extat Apologia contra Georgium Ducem Saxonie, qui ipsum seditionis accusabat, in quo tractatu idem illud crimen, quod hodiè ipsi à Jesuitis objicitur, summâ dexteritate refellit. Inter cætera sic loquitur. Wenn ich sonst nichts guts gelehrt vnd gethan hette/ denn daß ich das weltliche Regiment so erleuchtet vnd gezieret habe/ so solten sie doch des einigen Stückes halben mir danken vnd günstig seyn/ weil sie allesampt auch meine ergste Feinde wol wissen/ daß solcher Verstand von weltlicher Obrigkeit vnter dem Bastumb nich allein vnter der Banck gelegen/ sondern auch vnter allen stinckenden laufigen Pfaffen/ Munchen vnd Bettlerfüßen sich hat müssen drücken vnd treten lassen. Videatur etiam comment. in Psalm. 82. qui extat tom. 5. Jenens. f. 148. & in Psalm. 101. qui extat tom. 6. p. 175. 2. Non ipsum Magistratus officium, sed personarum Magistratu fungentium vel potiùs abutentium vitia acriter taxavit, illarum scil. quæ se mancipia Papalis Tyrannidis exhibuerunt, in conscientias hominum dominium sibi arrogarunt, Ecclesiam crudeliter persecuti sunt, veritatem cœlestem oppugnarunt, &c. De Imperatore Carolo alibi honorificè loquitur & sentit tom. 5. Jen. f. 280.



tom. 7. Witebergens. fol. 479. & in glossa ad edictum Ca-
sareum statim in principio solenniter protestatur:
Daß er alles / was er wider solch Edict geschrie-
ben / nicht wolle geredt noch verstanden haben /
als wider Keyser. Majest. oder einige Obrigkeit
geistliches oder weltliches Standes geschrieben /
ac difertis verbis addit, So wil ich hiermit nicht den
frommen Käyser noch die frommen Herren / son-
dern die Verächter vñ Bösewichter gemeynet ha-
ben / so vnter Käyserl. Nahmen ihren verweiffel-
ten boshafftigen Ruthwillen fürnehmen zu voll-
bringen / vnd sonderlich den Hauptschalck Papst
Elementem vnd seinen Diener Campegium vnd
dergleichen. 3. Prophetæ & Apostoli, quin & ipse Chri-
stus verbis satis asperis Magistratus vitia taxarunt, illis ergo
ex eodem principio crimen læsæ Majestatis juxta Jesuitarum
Topicam tribui posset. Sic Esa. i. v. 10. vocantur Principes
Israëlitici *Principes Sodomorum* vers. 23. *socii furum* Es. 3. v. 12.
vocantur *pueri & mulieres*. Ezech. 21. v. 25. *profani & impij* cap.
22. v. 27. *Lupi rapientes prædam*. Coniunge Mich. 3. vers. 1. &
seqq. Zephan. 3. v. 3. Christus Herodem vocat *Vulpem* Luc.
13. v. 32. Paulus Neronem vocat *Leonem* 2. Tim. 4. v. 16. &c.
4. Lutherus ipse zelum suum in persecutoribus arguendis
jam dudum satis superq; defendit, in Resp. ad librum Regis
Angliæ Tom. 2. Jenens. p. 150. tom. 6. Witeberg. p. 438. Item
in Epist. ad quendam amicum tom. 2. Jen. p. 162. tom. 9. Wi-
teb. p. 156. cum primis verò in responso ad Elector. Saxoniz,
tom. 2. Jen. p. 270. tom. 9. Witeberg. p. 157. ubi inter cætera
scribit: Daß sein Gemüt vñnd Meynung nie ge-
west jemandes von hohen oder niedrigen Stand
zu schmehen. Daß er aber gegen vñnd wider et-
liche mancherley Stand Leut so hart vñnd ernst-
lich

lich geschrieben/sey nicht ohn Ursach vñ doch ohn
allen Haß vñ vnchristlichem Herzen geschehen 2c.
in alio quodam scripto. contra Regem Angliæ, tom. 3. Jen.
p. 334. tom. 6. Witeb. p. 450. Wie soll ich mich doch
halten gegen solche Köpff? Schreibe ich scharff
vñd hart/ so nimpt man Ursach meine Lehr zu
verdammnen/ mit solcher Fahrt vñnd Schein/ich
sey stolz/ hofferzig/ beissig/ vngedültig. Wiede-
rumb demütige ich mich/ so haben sie aber Ur-
sach/ vñnd sagen/ ich fliehe/ ich fürchte mich/ ich
heuchele/ es habe mich meine Lehr gerewen. Das
wil ich aber thun/ meiner Person vñnd Lebens
halben/ wil ich mich demütigen für jederman.
Aber meines Ampts vñd Lehre halben/ vñnd so
fern mein Leben derselben gleich ist/ warte nur
niemand keine Gedult noch Demut/ sonderlich
die Tyrannen vñnd Verfolger des Evangelij.
5. Pontifices Romani in ipsum Magistratus officium multis
modis sunt injurii, cum Lutherus tantum certarum quarun-
dam personarum vitia taxaverit. Vendicant enim sibi su-
premam in omnes Reges ac Principes potestatem, quã è so-
lio ipsos deturbare & subditos ab obœdientia Magistratui
suo præstanda absolvere possint. Alexander III. Fridericum
Barbarossam pede collo ejus illiso Venetiis calcavit, hoc sar-
casmo perquam acerbo ipsum allocutus: *Super aspidem &
basiliscum ambulabis*. Plura hujusmodi exempla enumeran-
tur à Simone Schardio in hypomnemate de fide, observan-
tia & benevolentia Pontificum Romanorum erga Impera-
tores Germanos. Basil. Anno 1566. Jesuitæ disputant, Ty-
rannum, quo nomine intelligunt omnes eos, qui Romanæ
fidei non sunt addicti, à privato interfici posse. *Omnis Rex
hereticus est Tyrannus*, inquit Ross. lib. de vind. pag. 156. *Nec
solum permittitur subditis, ut contra Reges hereticos arma
sumant,*

sumant, sed etiam laudabile est, idq; ipsorum officium requirit. Idem pag. 646. Marian. lib. 1. de Reg. cap. 6. Non licet Christianis tolerare Regem infidelem aut hæreticum, si ille conetur perturbare subditos ad suam hæresin vel infidelitatem, inquit Bellarmin. libr. 5. de Pontif. cap. 7. §. tertia ratio. Et paulò post. Si Christiani olim non deposuerunt Neronem, Diocletianum, Julianum Apostatam ac Valentem Arianum & similes, id fuit, quia deerant vires temporales Christianis. Vide D. Zeemann. contra Ungersdorff. pag. 120. & seqq. tractat. de Magistrat. Polit. §. 480. Quod ergò in rapsodia dicitur, Paulum non ita fuisse invectum in Neronem, quamvis Tyrannum, sed memorem fuisse illius præcepti divini: Ne maledicas Principi, ac proinde in Lutherum quadrare illud Petri 2. Epist. 2. majestatem continentis &c. ad illud per inversionem respondemus. Paulus nusquam docuit Neronem esse e solio deponendum, sed omnem animam superiori potestati debere esse subjectam Rom. 13. v. 1. cum verò Jesuitæ & Clerici Pontificii non solùm à Magistratus Politici obœdientia sese penitus exuant, sed etiam Tyrannos (hoc est, Principes hæreticos, qui non per omnia cum Romana Ecclesia sentiant) esse e solio deturbandos doceant, ex eo intelligitur contemptum Magistratus longè meliori jure ipsis tribui quàm Luthero. Vid. tract. de Magistr. §. 452.

3. De turpissimis in Deum & Sanctos dictis.

18. 3. De turpissimis in Deum & Sanctos dictis. Respondemus Lutherum respectu ad pertinacium adversariorum opiniones habito, non autem animo Dei vel Sanctorum gloriæ detrahendi, sic esse locutum. Sic quod de Judæis dicit, Deum & Angelos in cælo ridere & saltare, si vel ventris crepitus à Judæo emittatur; Item de Circumcisione S.S. &c. id quilibet videt ad vanam gloriationem Judæorum retundendam & irridendam esse dictum. Quod Jacobum Patriarcham vocat senem fatuum, id ipsum dicere respectu ad judicium hominis carnalis & quorundam sub Papatu Dd. habito ex toto liquet contextu. Sic enim habent integra verbatim. 4. Jen. f. 161. Hie sollen wir aber (sagt er) Frau Hulda der tollen Narrin antworten. Wie

Wie haben sich die hochgelarten daran gestossen/
daß der Patriarch so zu einem Narren wird/vnd
nimpt zwey Weiber / ja zwo Schwestern auff
einmal/darzu welches viel nãrrischer ist / daß er
vmb Rachel sieben Jahr dienet / vnd sie so
lieb hatte/daß er sich liesse dũncken / es were nur
ein Wochenlang / daß billich vnserẽ Geistliche
müssen sagen/es sey lauter Torheit. Ich müst es
auch selbst so sagen / wenn ich ein Mũnch were/
welche man nicht lehret dencken/ was die Welt
thut / sondern nur was die Engel im Himmel
thun/vnd sollen hie lesen / wie der Narr vmb die
Meze buhlet sieben ganze Jahr/vnd helt es für
sieben Tage. Reime dich / so lang mit Mezen
buhlen/vnd doch heilig seyn. Aber hie stehet die
Schrift / wer es besser machen kan/der thue es/
wir wollen dieweil zusehen. Quilibet ex ipso verbo-
rum ordine & sono colligit, hæc dicta esse de iudicio Ma-
nichæorum ac Monachorum, quid verò ipse de hoc Jacobi
Patriarchæ factò statuat, exponit pag. 162. sequente:
Ich dürffte den Jacob setzen vber alle Jungfra-
wen/denn so lang sich enthalten/ muß eine Gna-
de vnd Geist seyn/der da gros ist. Darumb gilt
nicht/daß man so vberhin leufft / vnd helt es für
eine Leichtfertigkeit/vnd den Ernst nicht ansihet/
den er gehabt hat/wenn ich ein Exempel solte zur
Keuschheit geben/ so wolte ich eben diesen Jacob
setzen. Item / Darumb ist Gott wunderbarlich/
machtet die Welt zu Narren / daß sie nicht weis/
wie sie daran ist. Videatur etiam comment. in Genesin.

C

cap.



c. 29. p. 405. Idem iudiciū de reliquis dictionibus, quod non ex suo sed aduersariorum sensu ea proferat, iisdemq; errores & iactantiam ipsorum falsè irrideat. Inspiciatur ipse contextus in Lutheri scriptis & res omnis erit in propatulo.

• 4 De contrarietatis.

19. 4. Ad objectum de *contrarietatis* respondit ipse Luth. in art. Schmalc. tom. 6. Jen. p. 510. tom. 4. Witeb. p. 416. Was soll ich sagen / wie soll ich klagen? Ich bin noch im Leben / schreibe / predige vnd lese teglich / noch finden sich solche giftige Leute / die sich vnter stehen / meine Schrift vnd Lehre stracks wider mich zu führen / lassen mich zusehen vnd zuhören / ob sie wol wissen / das ich anders lehre / vnd wollen ihr Gift mit meiner Arbeit schmücken / vnd die armen Leute vnter meinem Namen verführen / Was wil doch immermehr nach meinem Tode werden? Ja ich solte alles billich verantworten / weil ich lebe. Ja wiederumb / Wie kan ich allein alle Mäuler des Teuffels stopffen? Sonderlich denen / wie sie alle vergiftet seyn / die nicht hören noch merken wollen / was wir schreiben / sondern allein an dem sich vben mit allem Fleiß / wie sie unsere Wort in allen Buchstaben auffschendlichste verkehren vnd verderben mügen. Solchen laß ich den Teuffel antworten / oder zuletzt Gottes Zorn / wie sie verdienen. Et in libro de Concil. & Eccles. tom. 7. Jen. p. 234. tom. 7. Witeb. p. 514. Also sind viel Sprüche in der Schrift / die nach dem Buchstaben widereinander sind / aber wo die Ursachen angezeiget werden / ist alles recht. Halt auch wol / das alle Juristen vnd Medici in ihren Büchern auch vberaus viel finden. Vnd
was

was ist alles Wesen der Menschen / dann eitel
Antilogia oder widerwertiges Ding / biß man die
Sachen höret. Darumb sind meine Antilogisten
treffliche feine fromme Säu vnd Esel / die meine
Antilogien zusammen klauben / vnd lassen die
Ursachen anstehen / ja verdunckeln sie mit Fleiß /
gerade als könnte ich nicht aus ihren Büchern An-
tilogias fürtragen / da sie auch nicht mit einiger
Ursach zuvergleichen sind. Hactenus Lutherus. Pro-
ponimus ergò de antilogiis Lutheri hæc theoremata. 1. Si
vel maximè Lutherus quædam in scriptis suis prioribus re-
vocavit, illud non arguit in eo opinionum inconstantiam,
sed in veritatis agnitione incrementum. Ecquis Augusti-
num hoc nomine in jus vocat, quod libros retractationum
scripserit? 2. Si vel maximè Lutherus à doctrina Ecclesia-
rum nostrarum in August. Confessione proposita turpiter
defecisset, quod ab ipso factum esse adversarii nunquam de-
monstrare poterunt, id tamen nostris Ecclesiis, nec posset
nec deberet esse fraudi. Neq; enim Confessio Ecclesiarum
nostrarum nititur Lutheri personâ, sed unicè Dei verbo,
quod est immotum ac invariabile. 3. Si vel maximè veræ
& irreconciliabiles antilogia in scriptis Lutheri demonstra-
ri possent, ex eo tamen nihil quicquam aliud posset inferri,
quàm Lutheri scriptis nullam deberi auctoritatem, nequa-
quam verò ex eo elici posset, doctrinam eam, quam nostræ
Ecclesiæ profitentur, esse falsam & hæretiam, ea enim non
nititur Lutheri scriptis, sed Prophetarum & Apostolorum
libris. Lutherus ipse scripta sua interire, ac solam Scriptu-
ram sacram legi & evolvi, se non iniquo animo laturum
asserit. Sic enim scribit tom. 1. Jenens. German. pag. 57. b.
Meinet halben möchte ich wol leiden / daß meine
Schriftē vñ Bücher alle vntergien / als dz ich
damit nichts gesucht habe / deñ dz die H. Schrift

C ij vnd

vnd göttliche Wahrheit an den Tag keme / welche
nun Gott Lob so helle vñ gewaltiglich allenthalbē
scheinet / daß man meine vnd meines gleichen /
viel mehr aber meiner vngleichen Bücher wol
entrahnen könne / *Scd doctrinam suam unā cum libris
aboleri nunquam optavit. Ergo doctrina sana & sincera
non nititur Lutheri scriptis. 4. Lutherus ipse agnoscit se pro-
ficiendo scripsisse & scribendo profecisse, ac inter scripta
sua priora & posteriora diligenter distinguendum esse mo-
net. Sic enim ibidem de utilitate ex scriptis suis capienda
subjungit.* Es were denn Nutz daran / daß man die
Historien vnd Geschicht daraus lernen vñ fassen
wie es mir / ja dem liebē Wort Gottes gangē sey /
was es hat müssen leiden von so vielen vnd gros-
sen Feinden in diesen funffzehen vergangenen
Jahren / ehe es zu Kressen kommen ist / vñnd wie
es zugenommen / vnd auch ich täglich vñnd jähr-
lich weiter vnd höher darinnen kommen bin / wie
das wol zeugen die ersten Bücher / darinn ich dem
Bapstumb viel vnd fast alles nachlies / gegen die
lezen / welche Christum allein vnd rein handlen /
dem Bapstumb nichts nachgelassen. Darnach
sich ein frommer Christ wol richten wird / vñnd
nicht wie Doctor Kozlöffel vñ Bischoff Schmid
thun / mich verdencken noch verdammen / daß ich
wider mich selbst / vnd hernach anders / denn zu-
erst geschrieben habe. Wenns Kunst were Anti-
logias zu suchen / sollen sie mir nicht eine Zeile
schreiben in Ewigkeit / daß ich sie nicht in ihren ei-
gen Worten wolte mit Wahrheit lügenstraffen.
Ich

Ich bin nicht besser denn S. Augustinus/der sich
rühmet vnter dem Hauffen der Lehrer / die mit
schreiben vnd lehren täglich zunehmen/vnd nicht
wie die Eselsköpff/Rochlöffel vnd Schmid flugs
in ersten Augenblick vber S. Paulus gelert wor-
den/vnd nie kein mal weder besser werden / noch
immer feilen können. *Ac pag. proximè præcedente:*
Du wirst in meinen ersten Schrifften vnd Bü-
chern finden/wie viel Artikel ich dem Papst da-
zumahl mit grosser Demut nachgelassen vnd ein-
geräumt habe/welche ich hernachmals für die
schrecklichen Gotteslesterung vnd Brevel gehal-
ten vnd verdammet habe/vnd in Ewigkeit gehal-
ten vnd verdammet haben wil. Wollest derhal-
ben diesen meinen Irthumb/oder wie es die Wie-
dersacher glefftig deuten./vngleiche Reden / der
Zeit / vnd meiner Unwissenheit vnd Unerfah-
rung zumessen. Ich war erstlich gar allein ohn
alle Gehülffen/vnd darzu/die Wahrheit zu sagen/
aller Ding vngeschickt vnd viel zu vngelert / sol-
che hohe wichtige Sachen zu handlen/denn ich
bin ja ohn allen meinen Fürsaz./Gedancken vnd
Willen ganz vndersehens in diesen Zanck vnd
Hader gerahen/des nehme ich Gott aller Her-
zenkündiger zum Zeugen. Solches erzehle ich
darumb/auff dz so du meine Bücher lesen wirst/
dich zu erinnern wissest/das ich auch einer von de-
nen bin/welche/wie S. Augustinus von sich selbst
saget/durch schreiben vnd andere zu lehren zuge-

nommen haben / nicht von denen / die aus nichts
 flugs die höchsten vnd gelertesten Doctorn wor-
 den / wie man leider selbst gewachsener Doctorn
 viel findet / so sie doch in der Warheit nichts sind /
 vnd doch wenn sie nur einmal die Schrift anse-
 hen / der selben Geist ganz ausschöpfen. 5. In Ar-
 ticulis Augustanæ Confessionis Anno 30. & Schmalcaldicis
 Anno 37. Lutherus suam de singulis Articulis cum Pontificia
 Ecclesia controversis sententiam diligenter exposuit, ab ea
 sequentibus annis ipsum secessionem fecisse ac contraria
 doctrinæ in libris illis Symbolicis propositæ postmodum
 proposuisse, nunquam doceri poterit. In præf. articulorum
 Schmalcald. inter cætera sic loquitur. *Articulos hos in
 publicum emittere volui, ut si citius ex hac vita evocarer, quàm
 Concilium congregaretur, ii, qui post me vivent ac remanebunt,
 testimoniū & confessionem meam haberent & proponere possent
 adjunctam Confessionis, quàm antea publicavi, in qua hætenus
 constanter permansi & permanebo deinceps per Dei gratiam.*
 Et sub fin. eorund. *Hi sunt articuli, in quibus constantem me
 esse oportet & constans ero usq; ad mortem meam Deo dante.*
 6. Ex Scriptoribus Pontificiis & ex ipsis Pontificum Roma-
 norum decretis multæ possent antilogiæ colligi, de quibus
 videatur Pappus in contradictionibus Doctorum Romanæ
 Ecclesiæ, Flacius in libr. de sectis & dissidiis Pontificio-
 rum, Osiander in Papa non Papa, Empsychovius contra
 Braunium Decan. Colon. pag. 607. & seqq. Mortonus in
 Apologia Catholica, & tract. de Eccles. §. 240. & seqq. Eras-
 mus Leonis X dilectus filius, in annot. 1. Cor. 7. p. 327. multis
 probat exemplis, *decreta unius Pontificis cum decretis alterius
 pugnare, cum tamen Jesuitæ omnibus & singulis infallibi-
 lem Spiritus sancti assistentiam tribuant.*

5. De scur-
 rilitate.

20. Ad objectum 5. de scurrilitate & levitate in Lutheri
 scriptis respondem⁹, vel taxari *re ipsam*, quod sc. adversarios
 acriter taxaverit, ac Diaboli rætationes à se repulerit, vel dun-
 taxat *rei modum*, quod verbis turpiculis podicis, crepitus

ventris,

ventris, latrinæ; stercoris &c. usus fuerit. Sed prius non potest jure reprehendi, si circumstantiæ personarum ac temporum, itemq; integer contextus locorum respiciatur, res enim ipsi erat cum pertinacibus veritatis hostibus, qui decreta Pontificis præferabant expresso Dei verbo, in quos Spiritu heroico animatus graviter detonat. Nec posterius tantam meretur reprehensionem, aliàs etiam ipsi Spiritui sancto dica scribi posset, quem verbis ejusmodi in sacris literis usum fuisse ostendimus superiùs. At, inquit rapsodus, *modum illum fugandi Demones ignoravit Christus, ignorarunt Apostoli & primitivæ Ecclesiæ Patres, qui precibus & jejniis contra Satanam pugnandam esse docent.* Resp. Lutherus ibidem preces disertè requirit, addit enim: **Beten muß man von Herzen. Item/ Man kan den Teuffel mit Verachtung abweisen/ aber in Gottesfurcht vnd nicht aus Vermessenheit.** Colloq. mens. p. 209. **Der Satan kan zwar mit Verachtung vertrieben vnd vberwunden werden/ aber im Glauben vnd Gottesfurcht / nicht durch Vermessenheit vnd Thumfünheit: pag. 114.** Es ist die allerbeste Weise den Satan zu vberwinden durchs Wort. Der ander Weg ist/ dz wir ihn durch Verachtung vberwinden ic. pag. 224. **Wer solche teuffelische Gedancken fühlet/ dem rahte ich trewlich / daß er sie bald austreibe / gedencke jrgend an etwas lustiges/ thue einen guten Trunck/ ic.** Wiewol das die höchste vnd beste Arzney ist / glauben an Jesum Christum. pag. 226. **Mann soll trawrige Leute mit Essen vnd Trincken erquickten/ aber allen möchte diß Remedium nicht nütze seyn / sonderlich jungen Leuten.** Vide Lælium contra D. Sartorium p. 101. ubi ex vitis Patrum ostendit, quendam à Diabolo

lo ob intermissas preces matutinas in iatrina tentatum ablegasse Diabolum ad id, quod per secessum fuit emissum, *immundus* enim ille Spiritus Luc. II v. 24. jure ac merito ablegatur ad escas ipsi à Jehu propositas 2. Reg. 10 v. 27. modò in vera pœnitentia & fide ac spiritu heroico & forti, non ex temeraria & inani confidentia fiat.

21. Possent hæc omnia pleniùs & latiùs exponi, sed non arbitramur id operæ esse pretium. 1. quia iam antè à compluribus nostrorum ad omnia loca ex Lutheri scriptis producta, est responsum. Uideantur scripta superius citata. 2. Quia fides & confessio nostra non nititur Lutheri personâ vel scriptis, sed unicè Dei verbo. 3. quia rapsodus oblatae schedulæ per *hò videtur*, ipsemet innuit non nisi verisimile & probabile argumentum ex eo colligi, quod Lutherus in opere reformationis non fuerit Spiritus sancti organum. Jam verò in negotio salutis non probabilibus sed apodicticis argumentis niti oportet. Opponimus ergo argumentum contrarium non verisimile, sed apodicticum. Quicumque unicè juxta normam verbi divini docendo, & ex ea contrarios errores refellendo Ecclesiæ reformationem instituit, is in illo opere est organum Spiritus sancti. Lutherus unicè juxta normam verbi divini docendo, & ex ea contrarios errores refellendo Ecclesiæ reformationem instituit. Ergò. Major negari nequit, quia verbum Dei est unica veritatis regula in Ecclesia, quisquis ergo huic regulæ conformia proponit, & errores verbo contrarios refellit, is in eo opere non potest non Spiritus sancti esse organum. Minorem si negare velint Jesuitæ, descendant in certamen & de singulis articulis in specie ex unico Theologiæ principio ex verbo DEI nobiscum conferant, ita facilè apparebit, ex qua parte stet veritas. 4. Quia ad omnia sufficit validissima instantia, quod Pontificibus Romanis infallibilem Spiritus S. assistentiam in fidei decretis promulgandis tribuant, quos flagitiosam, turpem & infamem sæpius duxisse vitam omnes Historiæ loquuntur, nec ipsimet adversarij inficias ire possunt. Jam verò nos nec immediatam nec infallibilem Spiritus S. assistentiam Luthero tribuimus, nec fundamentum fidei nostræ

firæ in ipso statuimus, sed duntaxat ministerium in opere reformationis ipsi assignamus. Quod si ergò flagitiosa vita non impedit, quò minus Pontificibus tribuatur ab adversariis infallibilis S. S. assistentia, longè minus verba quædam turpicula & vehementiora in Lutheri scriptis occurrentia obstare poterunt, quò minus in reformationis opere S. S. organum fuisse statuatur.

22. Ut ergò finiamus responsum ad primam quæstionem. Quicquid sit de Lutheri persona, vita, scriptis, &c. si vel maximè plaustris convitiòrù ab adversariis eadè obruantur, ex eo nihil decedit veritati doctrinæ, quam Lutherus ex Prophetis & Apostolicis scriptis proposuit, ejus enim ipse non est autor nec primus inventor, ut ex ipsius persona de ea judicium proinde fieri debeat, sed duntaxat fidelis Minister. Hac de re Lutherus ipse sic scribit in libro de utraque specie Sacramenti pag. 81. Also mustu sagen. Der Luther sey ein Bube oder Heilig / da ligt mir niches an / seine Lehre aber ist nicht sein / sondern Christi selbst ic. Du must Christum frey bekennen / es habe ihn Luther / Claus oder Georg geprediget / die Person lasse fahren / aber die Lehr mustu bekennen. Ac in major. Confessione disertè pronunciat. Sivel maximè eò prolaberer insanix, ut à doctrina mea, quã hactenus professus sum, ipsemet deficerem, non tamen ob id doctrina mea tibi deberet fieri suspecta, quia non meã personã vel meã constantiã, sed unicè & insolidum Dei verbo fides tua debet niti. Tertullianus rectè monet, *fidem non esse ex personis, sed personas ex fide estimandas esse*. Cùm enim Pseudoprophetæ veniant in vestitu ovium Matth. 7. v. 15. ac Pseudo-Apostoli transfigurent se in Apostolos Christi 2. Cor. 11. v. 12. periculosum admodum foret ex vita & externa conversationis specie verum Doctorem à falso discernere velle, quod foret Donatisticum & Anabaptisticum: ad ipsam potiùs doctrinam unicè respiciendum, quæ si verbo Dei congrua invenitur, acceptanda, si vel maximè nævi quidam in verbis vel factis illius Doctoris deprehendantur; sin verò doctrina verbo Dei sit dissona, reſpuenda est, si vel maximè Angelicæ sanctitatis specie ejusmodi Doctor se commendat. Sic nos docuit Christus,

D quan-

quando ex fructibus ex ipsa scil. doctrina Pseudo-Prophetas cognoscendos esse dicit, ita enim exponitur Luc. 6. vers. 54. *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum, malus homo de malo cordis thesauro profert malum.* Unde Theodoretus lib. 3. hæret. fab. in princ. *Non de operibus, non de moribus, non de actionibus, sed de falsis dogmatibus & falsis interpretationibus* verba illa Christi intelligenda esse rectè concludit. Sic nos docuit Apostolus Galat. 1. vers. 8. *Si nos vel Angelus è cælo evangelizet vobis præter id, quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Breviter, Christus in novissimo die non juxta qualitates Doctorum, sed juxta normam verbi sui de doctrina pronunciandum & statuendum fuisse judicabit, juxta immotum illud effatum Johan. 12. v. 48. *Sermo quem locutus sum, judicabit eum in die novissimo.*

*Quæstio. 2.
Cur nostri
malè citent
vel torquerent
ant Patres.*

23. Altera quæstio est, *Quæ sit causa, ob quam Theologi nostri Heilbrunnerus in Papatu Acatolico, Meisnerus in AntiLessio, Fabricius Bassacurt in refutat. 12. fundamentorum Ducis Neoburg. Grauerus in disputat. contra Becanum malè citent vel centè torqueant Patres in iis, quæ inter nos & Pontificios controversa.* Resp. 1. non sufficit generalis illa accusatio, sed jungenda fuisset specialis illius fraudis demonstratio. 2. Si maxime in allegatione alicujus dicti ex Patrib. fuisset erratum, nondum tamen evictum dolo malo id esse factum, cum ex ignorantia vel negligentia fieri potuerit. 3. Profitemur ipsi nos fundamentum doctrinæ nostræ non querere in Patrum scriptis, sed unice in sacris literis. Patres non admittimus, ut *judices*, sed ut *indices ac testes*, nec ut *Numina*, sed ut *lumina* eos veneramus. 4. Quâ verò fide Patres tractent Pontificii, docent *Indices expurgatorii*, per quos ausu nefario in Patribus delendum præcipiunt, quicquid ad ipsorum palatum minimè facit. Quod in illis intactum relinquunt, violentis interpretationibus ad suas opiniones torquent, quâ de re Duacensis Academia Theologi in Censura Bertrami, quem Indici expurgatorio inseruerunt, sic scribunt, quod *Catholici (Romanenses) in veteribus scriptoribus Catholicis plurimos ferant errores & extenuent, excusent excogitato commento persapè negent & commodum illis sensum*
a ffin

*affingant, dum in disputationibus opponuntur. Quâ fraude in
pervertendis Niceni Concilii canonibus Legati Romanæ se-
dis in Concilio Carthaginensi fuerint usi, ex ejusdem in illo
concilio patefactione constat. Quâ fide Patrum dicta &
Conciliorum decreta Gratianus in jure canonico alleget,
nemini obscurum erit, si in ipsis Patribus & Conciliorû tomis
eadem inquirat. Ex pluribus unum duntaxat afferemus.
Quod August. lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8. dicit de Eccle-
siis, quas Apostolicas sedes & Epistolas ad se scriptas habuerunt,
id Gratianus dist. 19. refert ad decretales epistolas Romano-
rum Pontificum, quas inter Canonicas scripturas ab Augustino
relatas asserit, quam horribilem Gratiani depravationem qui-
dam ex ipsis Pontificiis Alphonsus à Castro, Andrad. lib. 3.
defens. Trid. Melchior Canus lib. 5. cap. 5. agnoscunt & tax-
ant. Bellarm. lib. 2. de Concil. cap. 12. non potuit aliter effu-
gere quàm Gratianum deceptum fuisse ex depravato Augusti-
ni Codice, quem ipse habuit, cum veri & emendati Codices Au-
gustini non habeant, ut Gratianus refert, sed longè aliter. Quâ
fide Jesuitæ Patres allegent, multis demonstrari posset ex-
emplis. Sufficiat modò unicum. Bellar. lib. 3. de verbo Dei
cap. 8. in princ. sic scribit. Irenæus lib. 3. cap. 2. docet, contro-
versias non posse finiri ex solis Scripturis, quia variè ab hæreticis
exponuntur. Sed hanc sententiam Irenæus ibidem tribuit
hæreticis, verba enim Irenæi sic habent. Cum ex Scripturis
(hæretici) arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum
Scripturarum, quasi non rectè habeant, neq; sint ex autoritate
& quia variè sint dictæ & quia non possit ex his inveniri veritas
ab his qui nesciant traditionem. Non enim per literas traditam
illam sed per vivam vocem, ob quam causam & Paulum dixisse,
sapientiam loquimur inter perfectos. Hæc totidem verbis Ire-
næus de hæreticis sui temporis, cum quibus idem in hac
quæstione de Scriptura & traditionibus Bellarminus docet,
quod vel ex eo constare potest, quia ex eodem dicto Apo-
stolico 1. Cor. 2. v. 6. Sapientiam loquimur inter perfectos lib. 4.
de verbo Dei cap. 8. §. ult. necessitatem traditionum probat.
Accedat (inquit) dignitas mysteriorum multorum, quæ silentiū
requirunt, nec decet ut in Scripturis, quæ toti mundo leguntur,*

explicitur, unde Apostolus ait. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos.

Quaestio 3.
Cur nostri
multos er-
rores Pon-
tificiis af-
fingant.

24. Tertia quaestio haec est. Cur ijdem Theologi tam Calviniani quam Lutherani tam multos errores affingant Catholicis? Ubi exempli loco affertur disputatio Paræi in Jubilæo habita. Resp. 1. quoscunq; errores Pontificijs tribuimus, eos ex proprijs ipsorum scriptis demonstrare parati sumus. Uideantur disputationes D. Mentzeri contra Pistorium, ubi in singulis articulis ad illas falsitates nostris objectas respondet, D. Heilbrunneri & D. Zeemanni scriptum contra Kellerum & alii nostrorum libri. 2. Quod Jesuitæ Papales errores hodie colore externo obducto pingunt & à crassioribus veterum phrasibus abstinunt, illud nequaquam probat, vel Lutherum vel alios ex nostris falsò Pontificijs talia tribuere, præstò enim adhuc sunt eorum scripta, quæ ante Lutherum ac tempore Lutheri in publicum à Pontificijs edita, in quibus ad oculum talia demonstrari possunt. Ac si rem penitus consideremus, Jesuitæ ipsos nervos pristinorum errorum retinent *τὰ κληρὰ μαλθακῶς λέγειν* edocti. 3. Nos verò longè justiore habemus conquerendi causam, quod sententiam nostram in controversis articulis horribiliter in scriptis suis, præsertim verò in concionibus coram populo depravent, quasi sc. bona opera prohibeamus, sanctos ignominia afficiamus, Eucharistiam in vulgare epulum transmutemus, cujus generis sexcenta proferri possent. Lutherus. in præfat. art. Schmalc. sic scribit. *Fuit Witeberga Doctor quidam ex Galliis missus, qui nobis palàm indicabat, Regi suo certo certius persuasum esse apud nos nullam esse Ecclesiam, nullum Magistratum, nullum conjugium, sed promiscuè omnes pecudum more vivere pro arbitrio.* Alphonsus Cæsaris Cancellarius Hispanicus Auguste in Comitibus ad Philippum Melanchthonem dixit. *Longè aliter Philippe in Hispaniis de vobis fama tulit, quam ex confessione vestra intelleximus. Multi nobis persuaserunt vos negare Trinitatem, de Christo & Maria impiè loqui, Sacramenta corrumpere, Cœnam Dominicam profani convivii more administrare, Magistratum contemnere, libidines stabilire.* Andr. Fabric. in Harm. Aug. Conf. p. 435. scribit, *Lutheranos tum demum.*

demum verè ac plenè statuerè se uti libertate Christiana, si carnè
nunquam affligant, si nunquã jejument, si se supra modũ & supra
Naturæ vires omnis generis cibis etiam diebus festis infarciant
& ventrem distendant. Concilii Tridentiini Patres non fuere
veriti nobis tribuere, quod magna contentione predicemus &
inculcemus ab omni pietate remotam fiduciam, cum tamen di-
fertis verbis doceamus, veram & salvificam fidem non posse
ab operibus bonis separari, ac fidem non esse veram, quæ
non parit fructus bonorum operum.

25. Quæstio quarta succedit. *Cur primitivæ Ecclesiæ* Quæstio 4.
Cur primæ
tibi Eccle-
siæ Doctores
vocentur
sancti, cum
Pontificia
dogmata
proponantur
*Doctores, Cyprianus, Augustinus, Cyrillus, Ambrosius, Atha-
nasius, sancti vocentur & in honore à nobis habeantur, cum ta-
men hi purgatorium, invocationem Sanctorum, cultũ & venera-
tionem imaginum crediderint, Missamq; celebraverint. Ratio
est, quia dicti articuli ex mente Lutherianorum & Calviniano-
rum sunt idololatrici, si verò quis est idololatra, quomodo dici
potest sanctus?* Resp. 1. Patres illos vetustiores purgato-
rium, Sanctorum invocationem, cultum imaginum docuisse
& Missam modo Pontificio celebrasse nunquam demon-
strari poterit, contrarium potius ex illis à nostris sapius
monstratum. Videatur D. Chemn. in Exam. Concil. Trid.
D. Mylius in scripto Germ. de sententiis Patrum in primis
sex Ecclesiæ seculis &c. 2. Quod in Patribus quosdam novos
agnoscimus ac nihilominus eos sanctos vocamus, id facimus
exemplo Augustini, qui de Cypriano sic scribit. libr. 5. de
bapt. cont. Donatist. c. 17. *O quam gaudet Cyprianus, quanto
serenius in illa luce contuetur, pro quanta salute humani gene-
ris factum sit, ut inveniat aliquid quod merito reprehendi pos-
sit, quamvis in Christianis & piis literis Oratorum, & non in-
veniat in literis Piscatorum. Idem Epist. 19. ad Hieronym.*
*Ego solis eis Scripturarum libris qui jam Canonici appellantur,
didici hunc timorem & honorem deferre, ut nullum eorum au-
torem scribendo aliquid errasse firmissimè credam, alios autem
ita lego, ut quantalibet sanctitate (nota) doctrinag; præpolle-
ant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi
vel per illos autores Canonicos vel probabili ratione quod à ve-
ritate non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te mi frater*

sentire aliquid aliter existimo, prorsus inquam non te arbitror sic legi tuos libros velle tanquam Prophetarum aut Apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore careant, dubitare nefarium est. 3. Pontificii ipsi agnoscunt in Patrum scriptis quosdam nexos & errores occurrere, nec tamen sanctitatis honorem propterea eis denegant. Roffens. in confut. Luth. proœm. Et nos aliquoties errasse Patres non diffitemur, homines enim erant, sicut & nos. Bellarm. lib. 3. de verbo Dei cap. 10. §. dices quid. Constat quosdam ex precipuis Patribus non leviter in quibusdam fuisse lapsos. lib. 2. de Conc. cap. 12. Patrum scripta non sunt regula, nec habet auctoritatem obligandi. 4. Nos verò ex Pontificiis jure meritoq; possemus quærere, cur in nostris Ecclesiis illa dogmata tanquam hæreses damnent, quæ totidem verbis extant apud Patres. Parati enim sumus in omnibus & singulis dogmatibus perspicua quorundam Patrum testimonia afferre. Quid atrocius in nobis damnât quàm quod dicimus fidem solam justificare, sed audiant Erasmus. Vox sola tot clamoribus lapidata hoc seculo in Luthero, reverenter auditur & legitur in Patribus Audiant Johannem Hoffmeisterum in Harm. Aug. Confess. Fabric. p. 46. Ante exortum hunc in Ecclesia Dei tumultum nemo offensus fuit particulâ solâ, quam jam tenera quorundam aures vix ferre queunt, nemo siquidem unquam injus vocavit D. Ambrosium, quod affirmavit hominem solâ fide justificari; Audiant Cassandrum in Consult. art. 4. Exempla, inquit, suppetunt ubi quoq; justificatio, quæ est post regenerationem, solâ fide constare dicitur, ut illud Bernhardi. Quisquis pro peccatis compunctus esurit & sitit justitiam, credat in te, qui justificas impium & solam justificatus per fidem, pacem habebit apud Deum.

Quæstio 5. 26. Quæstio quinta est bimembris. Num unus ante Lutherum fuerit, qui idem quod ipse docuit & num etiâ unus hodiernorum Theologorum sit, qui idem cum Luthero in omnibus quæ ad salutem necessaria sunt sentiat. Ad priorem quæstionis partem responsum fuit à nostris plusquam centies. Doctrina Lutheri per omnia consentit cum doctrina Apostolorum in ipsorum scriptis perpetuò conservata & ad nos propagata, ut in

ut in singulis articulis demonstrare parati sumus, ergo cum Ecclesia nostra Lutheri doctrinam amplexa consanguinitate doctrinae cum primitiva Ecclesia Apostolica eidemque vicina sit conjuncta, non potest novitatis crimine gravari. Si vero de continuatione illius doctrinae quaeritur per singulas Apostolorum Centurias usque ad Lutherum, respondemus, non esse praecise & absolute necessarium ad declinandam objectionem doctrinae & Ecclesiae nostrae novitatem, scrupulose inquirere & sigillatim demonstrare, quomodo illa singulis seculis & temporibus fuerit conservata, sed quia ex Scripturis demonstrare possumus illam esse veram, Orthodoxam, Catholicam & Apostolicam, ideo a posteriori concludimus, eandem vi divinarum promissionum de perpetua Ecclesiae duratione & conservatione semper extitisse, quamvis a priori demonstrare non possimus, quomodo conservata sit & ubi singulis annis extiterit. Quam responsionem demonstramus 1. exemplo Israeliticae Ecclesiae tempore Eliae. Cum enim Baalitica Idololatria publicum totius visibilis Ecclesiae ministerium occupasset, judicabat Elias, nullum amplius superesse verum Dei cultorem ac se relictum esse solum, sed divino oraculo docebatur, relicta esse septem milia eorum, qui non curvaverunt genua coram Baal. 1. Reg. 19. v. 18. Quemadmodum igitur ex eo, quod Elias non poterat demonstrare visibilem aliquem coetum veram & sinceram doctrinam publice profitentem, haudquaquam inferri poterat ac debebat, nullum omnino verum Dei cultorem in terris superesse, sic pari ratione si vel maxime non possemus demonstrare visibilem & conspicuum aliquem coetum, qui tempore Papatus longe lateque dominantis veram & sinceram doctrinam Apostolicam publice professus fuerit, nondum tamen ex eo inferri poterat vel debebat, nullam amplius in mundo superstitem mansisse veram Ecclesiam. 2. exemplo Ecclesiae tempore Christi & Apostolorum. Sacerdotes & Pharisei Judaici si in scholis Jesuitarum fuissent instituti, potuissent a Christo & Apostolis itidem exigere, ut continuationem illius, quam proponebant, doctrinae per singulas superiorum seculorum Centurias velut indice digito sibi demon-

demonstrarent. 3. Quemadmodum in Ecclesia Israëlitica per corruptum ministerium geniti fuerunt DEO filii ac filiae Ezech. 16. v. 20. licet in individuo sciri non potuerit, quinam illi fuerint: ita quoq; sub Papatu conservata fuit vera Ecclesia, licet in individuo sciri non possit, quinam fuerint vera illius membra. Nam à nostra ignorantia ad rei ipsius negationem & à negatione externæ apparentiæ ad negationem ipsius essentiæ non potest legitimè & efficaciter concludi. 4. Prædictum fuit Apoc. 12. v. 6. tempore regnantis Antichristi *Ecclesiam in solitudinem* fugituram, ubi habeat locum à Deo sibi paratum. Iniquum ergo postulatum est, ut illustrem & conspicuum aliquem cœtum ostendamus, qui tempore dominantis Papatus per omina purum & incorruptum habuerit verbi ministerium & externo splendore in hominum oculos se insinuaverit. 5. Prædictum 2. Thess. 2. v. 4. Antichristum *sedurum in templo Dei*, hoc est, in Ecclesia dominationem exerciturum. Ergo Antichristi regnum & templum Dei hoc est, Papatus & Ecclesia simul fuerunt. Papatus occupavit Ecclesiam & Ecclesia fuit sub Papatu. Si defecisset Ecclesia, non sedisset Antichristus in templo Dei. Quamvis ergo ostendi non possit, quomodo ubivis ferè locorum dominante & grassante Antichristo conservata fuerit Ecclesia, tamen oraculo divino fidem adhibentes certò stituimus, templum Dei, id est, Ecclesiam etiam illo tempore conservatam fuisse. 6. Apoc. 18. v. 4. jubetur populus *Dei egredi è Babylone* hoc est, ab Ecclesia Antichristiana. Ergo populus Dei, id est, vera Ecclesia latuit in ipsa Ecclesia Antichristiana, sicut triticum latet in paleis, aurum in scoriis. Quamvis ergò Papismus superiore seculo publicum Ecclesie visibilis ministerium longè lateq; occupaverit & horribiliter corruerit, Deus tamen reservavit sibi populum, qui ex verbo suo in Ecclesia sub Papatu in scriptis Prophetis & Apostolicis semper conservato & publicè prælecto ipsum cognovit, eum invocavit & redè ipsum coluit, sicut tempore Eliæ, Jeremiæ, Christi & Apostolorum est factum. Cum Antichristus longè lateq; in Ecclesia dominaretur, conservatus est Dei gratia Baptismus, conservatus Codex Biblicus,
Symbo-

Symbolum Apostolorum & quædam doctrinæ capita in-
 corrupta, per quæ media Deus quosdam genuit & ad vi-
 tam æternam conservavit, sicut etiamnum hodie in medio
 Antichristi regno Deus sibi servat aliquas reliquias illorum
qui observant mandata & retinent testimonium Jesu. 7. Erat
 & adhuc est in Papatu *preciosum* videlicet Scripturæ sacræ,
 Baptismus, Symbolum Apostolorum &c. erat etiam in eo
vile videlicet prava Scripturæ interpretatio, traditiones hu-
 manæ, superstitiones, idololatria &c. illud erat Dei, hoc Pa-
 pæ; illud Christi, hoc Antichristi. Lutherus igitur & ipsius
 asseclæ præceptum divinum Jerem. 15. v. 19. secuti precio-
 sum à vili, divinum ab humano, Christianum ab Antichri-
 stiano, verum à falso separarunt, ac illud quidem retinue-
 runt, hoc verò repudiarunt, nequaquam igitur à fide vel Ec-
 clesia Catholica dicesserunt, sed veterem Catholicam fidem
 & Ecclesiam à corruptelis, erroribus & superstitionibus in-
 eam invecitis ac superadditis repurgarunt, non à Christo sed
 à Papa in Antichristum mutato, non à Dei verbo, sed ab hu-
 manis glossis & commentis, nec ab Ecclesia Catholica, sed
 ab illis, qui Tyrannidem in Ecclesia exercebant, secessionem
 fecerunt, nec triticum ipsum sed duntaxat lolium ex agro
 Dominico revulserunt. Plura de hoc argumento qui desi-
 derat, Tractatum de Ecclesia § 176. & seqq. adeat.

27. Posteriorem quæstionis partem constanter affir-
 mamus, ac certi sumus non posse ullum ex scriptis Lutheri
 post exhibitam Augustanam Confessionem in publicum e-
 ditis proferri fidei articulum, cum quo non ad amissim con-
 sentiat Lutheri & Augustanæ Confessioni sincerè addicto-
 rum Theologorū doctrina. Poteramus autem ab adversariis
 postulare, ut vel unum ex veteribus Ecclesiæ Doctoribus no-
 minent, qui in sex primis Ecclesiæ N. T. seculis floruerit, quem
 per omnia idem in omnibus, quæ ad salutem necessaria sta-
 tuunt, cum hodierna Ecclesia Pontificia sensisse, ex genuinis
 ejusdem scriptis demonstrare possint. Concil. Constant.
 Sess. 13. fatetur, *in primitiva Ecclesia Sacramentum Eucharis-
 tiæ sub utraq; specie fuisse à fidelibus receptum.* Sed hodie com-

*Num unus
 sit hodie
 norū Theo-
 logorum,
 qui per os
 omnia idem
 cum Luthe-
 ro in iis,
 quæ ad sal-
 lutem sunt
 necessaria,
 sentiat.*

E

municatio



municatio sub una specie tanquam necessaria Ecclesie ob-
 truditur. Aeneas Sylvius postea Pius II. Pontif. dicit, ante
 Conc. Nicenum parvus habebatur respectus ad Rom. Ecclesiam.
 Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 14. non audet affirmare
 Epistolas illas, quae veteribus Rom. Episcopis Anacleto, Anice-
 to, Victori &c. tribuuntur, ac primatum Rom. stabiliunt, esse
 indubitas, interim primatus Episcopi Romani pro articu-
 lo fidei habetur. De Indulgentiis scribit Anton. part. 1. tit. 10.
 cap. 3. nihil expresse habemus ex Scriptura sacra, nec etiam ex
 dictis antiquorum doctorum sed modernorum. De caractere,
 quem in Baptismo imprimi statuunt, Biel lib. 4. sent. dist. 6.
 q. 2. sic scribit. Characterem esse ponendum, nec ratio necessa-
 ria demonstrat, nec evidens autoritas probat. Omnes namq.
 auctoritates ex Dionysio, Agustino, Damasceno, Magistro ad-
 ductae verè & magis pertinenter ad mentem ponentium expo-
 nuntur de Baptismatis Sacramento aut forma Sacramentali,
 quam de aliquo realiter animae impressa. De immaculata Ma-
 ria conceptione Suarez in Thom. p. 3. q. 27. art. 1. sic scribit.
 Antiqui Patres pauca de hoc privilegio Virginis locuti sunt,
 tum quia S. S. Ecclesiam paulatim instruit, tum quia illi in aliis
 gravioribus mysteriis explicandis distinebantur. Idem de aliis
 articulis inter nos & Pontificios controversis facile demon-
 strari posset.

Questio. 6.

An nulla

opus sit tra-

ditione in

Ecclesia?

28. **Quaestio sexta** hoc modo informatur. **An nullâ**

omnino opus sit traditione in Ecclesia vel an Evangelici nullâ u-

ditione in tantur? Resp. 1. Traditionis nomen generale est, nec in Patri-

bus tantum, sed etiam in ipsa Scriptura usurpatur pro doctrina

quovis modo alteri communicata, qua ratione etiam illa do-

gmata dicuntur traditiones, quae in Scripturis extant, ut monet

ipse Bellarm. lib. 4. de verbo Dei cap. 2. Tales traditiones

scriptas sive in sacris literis propositas nostrae Ecclesiae ne-

quaquam repudiant. De illis igitur inter nos & Pontificios

non est quaestio. 2. Nec quaestio est, an Christus & Apostoli

non plura dixerint ac fecerint, quam in scriptis Evangeli-

starum & Apostolorum ab ipsis dicta factave extant, sed an

quaedam necessaria doctrinae capita ad fidem ac mores spe-

ctantia & ad salutem omnibus scitu necessaria non sint scri-

pta,

pta, sed vivā tantūm voce extra & præter Scripturam tradi-
 dita. 3. Nec quæstio est de quibusdam ritibus ac Ceremo-
 niis, fatemur enim Apostolos in Ecclesiis ritus quosdam li-
 beros ad *ἑραγίας* & *ἑυχαριστίας* spectantes instituisse, qui in
 specie & sigillatim non sunt scripti, nec perpetuā quadam
 necessitatis lege Ecclesiis impositi, interim genus, quòd scil.
omnia ad ædificationem fieri debeant, annotatum extat 1. Cor.
 14. v. 40. quod solūm etiam est necessarium. 4. Necessitati
 igitur traditionū, quam in ipsis fidei articulis ad salutem cui-
 vis scitu necessariis Pontificii nobis obtrudunt, opponimus
 tum *Scripturæ perfectionem* fundatam in clarissimis Spiri-
 tus S. oraculis Deut. 4. v. 2. cap. 12. ver. ult. Psal. 19. v. 8. Joh.
 20. v. 31. Gal. 1. v. 8. Apo. 22. v. 18. &c. cum primis 2. Tim. 3. v.
 15. tum *traditionum illarum Naturam & conditionem*, utpote
 quòd sint *dubia & incerta* tum *ratione originis*, quia cum ex-
 tra & præter Scripturam proponantur, nullā certitudinis
 specie affirmari potest, eas à Christo & Apostolis esse profe-
 ctas, tum *ratione numeri*, quia nec in hunc usq; diem Ponti-
 ficii de catalogo suarum traditionum sunt certi, unde qui-
 dam ad traditiones referunt illa, quæ alii ex Scripturis de-
 ducere conantur & ex Historicis colligi potest, in numerum
 Apostolicarū traditionum referri ea, quæ paucis retrò seculis
 in Ecclesiam sunt inuenta, tum *ratione diversitatis*, quæ enim
 à veteribus pro traditionibus Apostolicis habetur, in illis ipsi
 inter se invicem non consentiunt & quædam ex illis ab ipsis
 Pontificiis repudiantur, ut multis confirmari potest exem-
 plis. Nec solūm dubiæ & incertæ sunt traditiones, sed et-
 iam *verbo Dei scripto adversæ*, tum quia ejusdem perfectioni
 adversantur, tum quia expressæ prohibitioni Christi & A-
 postolorum repugnant, Matth. 15. v. 6. Gal. 1. v. 8. Coloss. 2.
 v. 8. Ac figmentum de necessitate traditionum in fidei arti-
 culis familiare fuit Pharisæis ac hæreticis, quæ omnia alibi
 à nostris latè probata sunt & ab adversariorum exceptionib.
 vindicata. Vid. Chemnicus in exam. Concil. Tridentini
 p. 1. cap. de Traditionibus.

III 29. Ceterum pro astruenda traditionum necessitate
 tria exempla in quæstione afferuntur. 1. est de *mutatione*

B a

Sabbati
 bati in diē
 Dominicū.

Argumentum
 pro necessi-
 tate tradi-
 tionum.

1. De muta-
 tione Sab-
 bati in diē
 Dominicū.



Sabbati in diem Dominicum Resp. de abrogatione Sabbati. extant manifesta Scripturæ testimonia Gal. 4. v. 10. Colos. 2. v. 16. & 17. eademq; probatur ex omnibus illis fundamentis, quæ legum Ceremonialium in N. T. abrogationem factam esse demonstrant, ad eas enim Sabbatum pertinuisse Apostolis d. l. expressè docet; diem autem Dominicam ab Apostolis loco Sabbati fuisse cultui divino consecratam colligitur ex Act. 20. v. 7. 1. Cor. 16. v. 2. Apoc. 1. v. 10. ubi tamen notandum, Apostolos primùm Sabbato conventus suos egisse, ut constat ex Actorum Historia, ac Paulus disertè testatur Rom. 14. v. 5. Apostolos principio non repugnasse, quò minus legale discrimen dierum retineretur, non ex legis necessitate sed liberâ observatione, sed cùm PseudoApostoli urgerent necessitatem, quasi non posset nec deberet aliâ die fieri sanctificatio in tertio Præcepto mandata Gal. 2. v. 14. Apostoli & Christiani non tantùm verbis sed ipso etiam facto ostenderunt, per Christum ab hac legis Ceremonialis parte nos esse liberatos & in libertatem collocatos, elegerunt igitur diem Dominicam sive primam Sabbati, in qua Christus resurrexit & suâ resurrectione umbras legis implevit, non ea opinione, quasi dies Dominica eadem necessitate sit servanda in N. T. quâ Sabbatum in V. T. fuit observatum & divino mandato ad septimum diem astrictum, id enim pugnat cum regulis Apostolicis Gal. 4. v. 4. Colos. 2. v. 16. sed ea libertate, quâ Christus abrogatâ per mortem & resurrectionem suam umbrâ discriminis dierum, voluit nihilominus morale tertij Præcepti in N. T. retineri, ac ordinis & decoris causa certum diem eligi, in quo conventus Ecclesiastici & publici instituantur, qui tamen extra casum scandali & citra turbationem ordinis liberè possit mutari.

2. De per-
missio esu
suffocati.

30. 2. De esu suffocati hodie permissio, cùm is non solum in Scriptum eodem modo, quo fornicatio probibeatur, sed etiam à Leone Imp. Constit. 58. post aliquot secula sub maxima pœna fuerit prohibitus. Resp. 1. Leviticum ciborum discrimen, ad quod etiam esus suffocati & sanguinis pertinet, in N. T. sublatum esse constat ex clarissimis Scripturæ dictis Act. 10.

v. 11.

v. 11. Rom. 14. v. 3. Coloss. 2. v. 17. Idipsum probant omnia fundamenta, quæ Ceremoniales leges V. T. in novo abrogatas esse ostendunt, Dan. 9. v. 27. Hebr. 9. v. 10. Gal. 5. v. 2. & c. 2. quod autem esus sanguinis & suffocati in Synodi Apostolicæ decreto Act. 15. prohibetur, id non fuisse juris perpetui & Universalis, ex illis ipsis Scripturæ dictis libertatem, Christianam stabilientibus colligitur, ac Sole clarius elucet, ex 1. Cor. 10. v. 27. pertinuit igitur tantum ad gentiles Judæis intermixtos & ad illorum temporum conditionem, ne scilicet daretur *πρόσκομμα τοῖς ἀδελφοῖς* qui ex Judaismo quidem ad Christianismum erant conversi, nondum tamen à Ceremoniis Leviticis penitus averfi 1. Cor. 8. v. 9. in illorum igitur gratiam talia fuere ad tempus ab Apostolis prohibita, donec scilicet animi Judæorum & gentium melius coalescerent, sicq; cum honore Synagoga sepeliretur. Ac consuetudinem illam abstinendi ab esu sanguinis & suffocati usq; ad Tertulliani tempora durasse colligitur ex ejusdem libro de pudicitia f. 754. 3. Quamvis igitur esus sanguinis & suffocati cum scortatione in prohibitione jungatur, ex eo tamen nequaquam potest colligi immane illud pronunciatum, quod eodem modo, quo scortatio, fuerit esus sanguinis prohibitus. Est enim ratio utriusque longè dispar. Scortatio pugnat cum lege morali ac naturali, quæ est immota ac perpetua ad omnes omnium temporum homines pertinens, sed esus sanguinis & suffocati pugnat cum lege Ceremoniali in N. T. per Christum abrogata, ex caritatis autem regula in gratiam infirmorum ex Judæis converforum ad tempus observari ab Apostolis mandata. 4. Si esus sanguinis & suffocati eodem modo quo scortatio fuisset ab Apostolis prohibitus, nullâ traditione, nullâ constitutione, nullâ potestate prohibitio illa abrogari potuisset, ratio est manifesta, quia eodem modo, quo scortatio pugnaret cum lege morali, quæ est æterna, immota & invariabilis, contra quam nulla dispensatio vel cõstitutio vel traditio valet. 5. Si quæras, cur scortatio sola ex omnibus peccatis cum lege morali pugnantibus cum esu sanguinis & suffocati in prohibitione Apostolica jungatur, causam esse dico, non quod par delictum sit scortari &

tari & sanguinem sive suffocatum in N. T. edere, ac eodem modo & gradu utrumq; censendum sit prohibitum, sed inde atq; ideo peculiariter scortatione gentilibus interdicebatur, quia gentes scortatione in simplicem personæ liberæ cum libera non judicabant esse peccatum, ut constat ex illo Terentiano. *Non est flagitium &c.* 6. Constitutio Leonis sub pœna gravissima esum sanguinis prohibentis libertati Christianæ adversatur, ideoq; meritò nullum obtinet pondus ac robur. Constat ex ipsis Jctis, nec hanc nec alias Leonis Constitutiones vim legis Universalis ac perpetuæ in Republ. Christiana obtinuisse.

3. De recitatione verborum Institutionis.

31. 3. *De recitatione verborum Institutionis in Sacramento altaris.* Resp. Christus in institutione Sacramenti Eucharistici disertis verbis præcipit: *Hoc facite*, ac Paulus Apostolus I. Cor. II. v. 26. hanc præscribit regulam. *Quotiescunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Nec administratio Eucharistiæ potest vel debet esse muta Ceremonia, sed Ecclesiæ proponendum & explicandum est, quid in ea agatur, id verò non potest aliter fieri, nisi recitatione verborum Institutionis, quæ pronuntiatio non est Historica solum repetitio ejus, quod Christ' fecit, sicut in concionibus, quæ ad populū habentur, isthæc verba repeti solent, sed minister Ecclesiæ publicè profitetur 1. quòd sanctissimum Christi Testamentum juxta ipsius institutionem, ordinationem & mandatum celebrare velit, ac proinde nolit privato arbitrio, sed ut mysteriorum divinorum œconomus agere. 2. hac ipsa actione separat externa panis ac vini symbola à communi & vulgari usu, ut non amplius sint nudus panis ac nudum vinum, sed organa ac media, per quæ distribuatur corpus & sanguis Christi. 3. seriò precatur, ut Christus vi promissionis suæ in hac Sacramentali actione præsens ipse mediantibus externis symbolis corpus & sanguinem suum communicantibus distribuatur. 4. Testatur, quòd vi ordinationis ac institutionis Christi veracis & omnipotentis panis benedictus sit communicatio corporis & vinū benedictū sit communicatio sanguinis Christi. 5. Graviter proinde monet omnes accessuros ad Eucharistiæ Sacramentum, ut fidem habeant Christi verbis & in
vera

vera poenitentia, sincero Dei timore, debita reverentia & serio vitam emendandi proposito accedant. Ac propter has causas omnes repetitionem verborum Institutionis necessariam esse, res ipsa testatur. Paulus I. Cor. 10. v. 16. poculum Eucharisticum notater vocat *πετήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν*, ubi duplici *εὐλογία* repetitione & Christi & nostram benedictionem complectitur. *εὐλογία* enim illa, qua Christus in administratione primae Coenae usus, non semel tantum in prima illa coena fuit efficax, sed cum contineat institutionem Sacramenti in Ecclesia perpetuo duraturi, etiam adhuc hodie efficax est, ut externa panis & vini symbola sint corporis & sanguinis Christi distribuendi media. Hanc *εὐλογίαν* Christi nostram *εὐλογία* repetimus & Christi mandatum atq; exemplum secuti poculum τῆς *εὐλογίας*, id est, poculum illud, cui Christus in prima Coenae institutione benedixit & ex qua benedictione in nostrum etiam poculum Eucharisticum benedictio descendit, *εὐλογοῦμεν*, h. e. Institutionis Dominicae repetitione benedicimus & *εὐλογοῦντες κατὰ σκευὴν ζόμεν*, ut Oecumenius explicat. Desinat verò Pontificii nobis objicere, quòd ex Scriptura non possimus demonstrare, repetitionem verborum Institutionis in Eucharistiae administratione esse necessariam, cum ex traditionum suarum myrothecio non possint certi quid deprohere, quo modo & quibus verbis Christus ipse consecraverit. Vid. Biel lect. 36. in Can. Missae, Catharinus in lib. de consecrat. Bellarm. lib. 4. de Sac. Euch. c. 13. ubi inter cetera scribit. *Innocentius III. lib. 4. de myst. Missae c. 6. opinatus est, Christum nullis verbis consecrasset, id tamen communiter refelli solet.* [sed Pontificis sententia non ita communiter refelli solet, cum ex Bellarm. hypothesis in articulorum fidei decisione errare non possit.]

32. Septima quaestio haec est. *An possit dari a nostris ratio aliqua vel causa peculiaris, ob quam aliquis Lutheranismum potius quam Calvinismum adherere debeat? Interpretationem enim sacrae Scripturae convenientiorem uterq; Lutherus scilicet & Calvinus allegat.* Resp. hoc verò idem est ac quaerere, an aliquis lucem potius quam tenebras sectari debeat? Nostra Confessio [qua Lutheranismi nomine adversarii appellant, eum nec primum autorem nec Magistrum nec fundamentum illius agnosca-

*Quaestio 7.
Cur Lutherum potius quam Calvinum sequamur?*

agnoscamus Lutherum, sed duntaxat ministerium ei tribuamus. Innititur expresso Dei verbo, quod est *lucerna pedum nostrorum & lumen semitis nostris* Psal. 119. v. 105. sed Calvinianorum doctrina, quatenus à nostrarum Ecclesiarum Confessione dissentit, à luce verbi cœlestis ad cœcæ rationis tenebras abit, ut in singularum controversiarum examine ἰσθαλοφανερώς adeoque ut Epiphanii phrasi utar λευκοῖς ἐλέγχωις demonstrari potest. Nec sufficit utrumq; Lutherum scilicet & Calvinum allegare convenientiorem Scripturæ interpretationem, sed ibi requiritur ab omnibus & singulis Christianis, ut *probent Spiritus an sint ex Deo* 1. Joh. 4. v. 1. ut vocem Christi ab alienorum vocibus discernant Joh. 10. v. 5. quod ipsum, quâ ratione fieri possit ac debeat, exemplo Berôensium Act. 17. v. 11. docemur, illi enim καὶ ἡμέραν quotidie scrutabantur Scripturas, an hæc ita se haberent, prout Paulus & Silas docebant.

Appendix
 quæstionis
 septima de
 notis Ec-
 clesie.

33. Annectitur huic quæstioni quod quàm plurima esse videantur quæ Pontificiorum religionem amplectendam suadeant. Notæ enim quibus Patres veram Ecclesiam à falsa discernere solebant, soli Ecclesie Pontificiorum convenire videntur, utpote. 1. nomen Ecclesie Catholicae. 2. Antiquitas. 3. Duratio diuturna. 4. Amplitudo. 5. Conspiratio in doctrina cum Ecclesia primitiva. 6. Unio membrorum inter se & cum capite. 7. Sanctitas doctrinæ & eorum qui in ea vixerunt & adhuc vivunt. 8. Efficacia doctrinæ. 9. Gloria miraculorum. 10. Confessio ipsorum adversariorum. Resp. 1. Ex quibus notis vera Ecclesia agnosci possit ac debeat, Christus nos docuit, quâdo Joh. 10. v. 26. inquit: *Oves meæ vocem meam audiunt.* Christus vult probare Judæos non esse membra veræ Ecclesie, probationis loco adducit illud, quod non audiant Dei verbum. *Non estis,* inquit, *ex ovibus meis, oves meæ vocem meam audiunt.* Ergo non sunt de Ecclesie ovili, qui non audiunt vocem Pastoris Christi. Idipsum ex aliis Scripturæ testimoniis & evidentibus argumentis à nostris latè confirmatur. Vide tract. de Ecclesia. §. 126. & seqq. 2. Patres ex eodem principio de vera Ecclesia unicè judicandum esse præcipiunt. Adducemus pauca ex innumeris ipsorum dictis alibi à nostris magno

magnio cumulo citatis. Tertull. de praescript. adv. haeres. cap. 21. *Illae sunt verae Ecclesiae, quae tenent, quod ab Apostolis acceperunt, & quod Apostoli à Christo, & Christus à Deo, aliae vero Ecclesiae, quae non sunt institutae ab Apostolis, tamen si in eadem fide conspirent non minus Apostolicae deputandae sunt propter consanguinitatem doctrinae.* Cyprian lib. 2. Epist. 3. *Non jungitur Ecclesiae, qui ab Evangelio separatur.* Epiph. haeres. 48. *Qui discors est à divinis Scripturis, alienus est à sancta Catholica Ecclesia.* Autor operis imperf. hom. 49. in Matth. *In tempore hoc, ex quo haeresis obtinuit Ecclesias, nulla probatio potest esse verae Christianitatis neque, refugium potest esse Christianorum aliud volentium cognoscere fidei firmitatem.* Et postea. *Antea multis modis ostendi potuit, quae esset Ecclesia Christi & quae gentilitas, nunc autem postquam haereses invaluerunt nullo modo cognoscitur volentibus cognoscere, quae sit vera Ecclesia Christi, nisi tantummodo per Scripturas, id quod multis postmodum probat.* Ne obvertant Pontificii librum hunc esse ab Ariano corruptum, nec esse genuinum Chrysostomi factum, adducimus ex opere Chrysostomi indubitato ex homil. 33. in Act. locum clarissimum, sic enim in fine homiliae illius scribit. *Quid respondemus gentibus? Venit gentilis ac dicit, vellem fieri Christianus, sed nescio cui adhaeream, multae inter vos sunt pugnae, seditiones ac tumultus, nescio quod dogma eligam, quod preferam, singuli dicunt, Ego verum dico, cui credam, nescio, cum ego Scripturarum sim ignarus & illi utring, idem praetexunt* [Est idem objectum quod rapsodus in praecedenti quaestione ponit, sed quid respondet Chrysostomus, quam proponit discretionis normam?] *Sanè inquit, hoc multum pro nobis. Nam siquidem diceremus nos rationibus credere merito turbareris, cum Scripturas accipimus, & illae simplices sunt ac verae, facile tibi fuerit judicare $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\varsigma$ $\sigma\omicron\iota$ $\tau\omicron$ $\kappa\epsilon\tau\omicron\upsilon\mu\epsilon\upsilon\omicron\nu\omicron\nu$, si quis illis consentit, Christianus est, si quis contra illas pugnat, procul est ab hoc Canone. Quid igitur si veniens ille dicat, hoc habere Scripturam, tu autem aliud dicas, aliter scilicet enarrando Scripturas, mentem illarum pro te trabens? Tu igitur dic mihi, mentemne habes & iudicium? Et quomodo possem, inquit, nesciens iudicare vestra? discipulus fieri vellem, tu autem me doctorem fa-*

Enonay Dotsu cis. Se

ois. Si hæc dicat, quid respondendum, inquit, quomodo illi per-
suadendum? Interrogabimus, an hoc illi cavillum sit. Item inter-
rogabimus, an condemnet gentiles? omnino aliquid dicet, non
enim suis non condēnatis ad nos divertit. Rogabimus, ob quā cau-
sam sua condemnet, non enim temerè condemnet &c. Hieron.
in Psal. 133. Ecclesia ibi est, ubi fides vera est. Ambros. in Luc.
cap. 19. Si qua est Ecclesia, quæ fidem respuat, nec Apostolica
prædicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidia
possit aspergere, deserenda est. Quæ verba Ambrosii etiam al-
legantur in Jure Canonico c. quæ dignior 24. q. 1. August.
in lib. de unit. Ecclesiæ multis hoc probat. cap. 2. In verbis
Christi Ecclesiam querere debemus, qui veritas est & optimè no-
vit corpus suum. cap. 3. Sunt libri Dominici, quorum autoritate
utriq; consentimus, utriq; credimus, utriq; servimus, ibi quæra-
mus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. cap. 16. Utrum
ipsi [Donatistæ] Ecclesiam teneant, non nisi divinarum Scri-
pturarum Canonicis libris ostendant &c. Vide Tract. de Eccle-
sia §. 138. 3. Notæ hæc omnes è Bellarmino sunt petitæ, qui
etiam alias quinque addit. Alii ex Pontificiis enumerant alias,
quidam plures, quidam pauciores. Sed notandum, quod ipse
Bellarm. de his notis à se assignatis scribat lib. 4. de Eccles.
cap. 3. eas non efficere evidentè verum, Ecclesiam Romanam
esse veram Dei Ecclesiam, sed tantum efficere id evidentè credi-
bile, inter quæ duo tale constituit discrimen. Evidentè ve-
rum dicitur, quod in se vel suis principiis videtur, evidentè cre-
dibile dicitur, quod non videtur nec in se nec in suis principiis, ha-
bet tamen tot & tam gravia testimonia, ut quilibet vir sapiens
merito id credere debeat. Atqui tales quærendæ sunt Eccle-
siæ notæ, quæ evidentiam non solum credibilitatis, sed etiam
veritatis efficiant, quod cum ipsomet Bellarmino fatente
notæ illæ non faciant, merito censentur suspectæ vel ad-
summum probabiles non apodicticæ, multa enim sunt cre-
dibilia, quæ tamen non sunt statim vera. Id adhuc eviden-
tius colligitur ex discursu Stapletoni, in relect. Princ. fidei
contro. r. q. 4. art. 5. p. 113. Quemadmodum discernunt ho-
minem à bruto parvuli quidem per externa lineamenta corporis
& figuram hominis quia, iudicium eorum non excedit sensum,
adulti verò & rationis usum habentes indocti tamè & rudes per
operationes

operationes vitæ & functiones propriæ humanas, ut loqui more humano, ambulare & similia, sapientes autem & prudentes, quorum iudicium altius penetrat, per animi prudentiam aliasq; dotes hominis adhuc magis excellenter proprias, sic Ecclesia Christi à Sapientibus quidem & spiritualibus ipsis, quales sunt Ecclesie Magistri & Pastores, cognoscitur per sanam doctrinam & rectum Sacramentorum usum, ab imperitis autem fidelibus & parvulis in fide, qui de doctrina ipsa in suis causis, principiis & mediis considerata iudicare non possunt, ab ipsis quoq; infidelibus qui parum aut nihil de Ecclesia norunt, per externam faciem & multitudinem populorum credentium atq; Pastorum &c. Hæc totidem verbis Stapletonus, ex quibus facile colligi potest, sanam doctrinam & rectum Sacramentorum usum esse notas Ecclesie proprias, genuinas & spiritualibus hominibus accommodatas, Pontificiorum verò notas esse dubias, incertas & pueris in fide convenientes. Externam Ecclesie speciem per nuda quædam externa lineamenta adumbratam libenter illis concedimus, relinquunt verò nobis animam & internam formam Ecclesie. 4. Si ad speciale examen singularum notarum descendatur, clarissime apparebit, illas notas absq; doctrinæ puritate non notare infallibiliter veram & puram Ecclesiam, vel si qua vis notandi eis inest, illam non Pontificiæ sed nostræ Ecclesie competere, quâ de re alibi à nostris prolixè actum. Vide tract. de Ecclesie S. 1 18 & seqq. *Note* [inquit Bellarm.] *debent esse proprie non communes* lib. 4. de Eccl. cap. 2. *notiores eâ re cuius sunt note, & à re quam notare debent inseparabiles.* Atqui hæ proprietates notarum non conveniunt illis quæ, pro notis veræ Ecclesie afferuntur, ut in specie per singula discurrendo demonstrari potest.

34. *Quæstio octava & ultima sic informatur: Cujus sit exponere Scripturas? Jubent Lutherani Ecclesie interpretationem eatenus accipere, quatenus illa consentiat cum Scripturis. Unde verò sciam, an ea conveniat? Restat solum, ut id quod mihi ab Ecclesia credendum proponitur statim explore, idne cum Scriptura conveniat? Hoc facto iudico id vel convenire vel non convenire. Si prius, non ideo credam, quia ita Ecclesie;*

F 2

sed

Responso
ad 8. q. 2.
monit.



sed quia mihi sic visum. Si posterius, id est, si absolum judico, quâ justâ ratione potero ab Ecclesia persuaderi. Diceretne illa, audi Ecclesiam & Pastores tuos, noli altum sapere, obtempera? At referrem, Ecclesiam & Pastores audio, quatenus illi Christum & Scripturas, Ecclesia enim falli potest. Igitur hoc casu non tam ab Ecclesia quâm ab ipso meo proprio sensu vel genio & Spiritu, secundum quem id convenire vel non convenire judico, regor. Hoc verò privilegio & exemplo quot mortales tot religiones inveniam. Quisq; enim sibi sapiet & putabit, se feliciori ingenio quâm alius Scripturas exponere. Quanta verò erit superbia velle proprium judicium toti Ecclesiae præponere. Discursus hic Jesuitis est frequentissimus, quo incautos & in veritate nondum confirmatos irretire & illaqueare in primo statim congressu annituntur.

**Responsio
ad 8. quæ-
sitionem.**

Sed monemus i. eodem discursu contra Christum & Apostolos uti potuisse Judæos, quibus Evangelica doctrina proponebatur. Jubebat Christus *scrutari Scripturas* Joh. 5. v. 39. in cōtroversis cum Pharisæis, Scribis & Sadducæis unicè provocabat ad Scripturas. Apostoli jubebant Spiritus *probare* 1. Joh. v. 1. *omnia probare* 1. Theß. 5. v. 21. *quotidiè scrutari Scripturas an ea, quæ ipsi predicarent sese sic haberent.* [id enim absq; mādato Apostolorū à Berōensibus fuisse factū cogitari nequit] Act. 17. vers. 11. Pharisæi contra, Scribæ ac Sadducæi provocabant ad Ecclesiam, in qua summus Pontifex à Deo ipso institutus præsideat, ab illo interpretationem Mosaicæ & Propheticæ Scripturæ non autem à privato Spiritu esse petendam, esse maximam superbiam velle judicium proprium ac privatum toti Ecclesiae præponere. Quod si ergo huic discursui inesset ullum concludendi robur, potuisset Judæos absolvere, quò minus Christo & Apostolis fidem haberent, doctrina enim quam Christus & Apostoli proponebant, non erat conveniens interpretationi publicè in Ecclesia receptæ. 2. *περὶ τῶν Ἰουδαίων* in hoc discursu consistit in eo, quod Jesuitæ Spiritus sancti sensum à verbis Scripturæ separent, quæ tamen non erant separanda sed arctissimè jungenda. Spiritus sanctus in Scripturis & per Scripturas ad nos loquitur, ergo in ipsis Scripturæ verbis quaerenda est
Spiritus

Spiritus sancti vox & sententia, non aliunde in Scripturam inferenda, sed ex ea haurienda & audienda, quò pertinent omnia Scripturæ pronuntiata, in quibus *os Domini locutum esse, Scripturam prædixisse, sanctos Dei homines à Spiritu S. actos & inspiratos locutos esse* asseritur, ut proinde Scriptura sit *deus verus os*. 3. Homo homini cum loquitur de rebus etiam divinis, non diu disceptatur de sensu, cum ipsa verba veri sensus sint indicia & quasi cubilia. Cur ergo ex Spiritus sancti loquela in Scripturis sonante non possit ipsius mens intelligi. *Num mentis & lingue artifex disertè loqui non possit*, inquit Lactant. lib. 6. Instit. cap. 21. 4. Si Deus immediatè ad nos hodie loqueretur per illa verba, quæ sunt in Scripturis annotata, tum ex illo alloquio voluntatem Dei mox perciperemus & percepisse nos fateremur. At Scriptura continet eloquia & alloquia Dei, quibus olim homines immediatè allocutus & hodie mediatè nos alloquitur. 5. Quando Pontifex sua brevia sive bullas mittit, ex earum lectione quilibet mentem Pontificis intelligit, modò non studio ac datâ operâ obscure loquatur. Quod si ergo ex bullis Pontificis mens ac sententia ejus perdisci potest, quidni ex publicis fidei tabulis à Spiritu sancto editis ejus mens & sententia in articulis fidei perdisci posset. Si ex Decretalibus potest intelligi quis fuerit sensus, quod iudicium veterum Pontificum in illis, quas tractant quæstionibus, quidni ex verbi divini tabulis intelligi possit, quis sit S. S. sensus in fidei articulis? 6. Quando ab amico literas accipio, tum ex ipsis illis literis mentem amici intelligo, nec opus est interpretatione aliunde in literas illata, nisi fortè mera ænigmata amicus proponat, sed Scriptura sacra nihil aliud est quàm *Dei omnipotentis Epistola ad genus humanum missa, in qua verba Dei sonant & cor Dei discitur*, ut loquitur ex Augustino Gregorius lib. 4. Epist. 84. utiq; ergo ex Scripturæ lectione & meditatione Spiritus S. de articulis fidei sententia percipi potest, nisi dicere velimus meras obscuritates & ænigmata in illis proponi. 7. Quæ hodie in scriptis Prophetis & Apostolicis legimus, eadem Prophetæ Apostoli hominibus eodam tempore cum ipsis viventibus per vivæ vocis prædicationem

proposuerant. 2. Cor. I. v. 13. 1. Joh. I. v. 3. & 4. Atqui homines tum temporis viventes ex vivæ vocis prædicatione potuerunt mentem Prophetarum & Apostolorum adeoq; mentem Spiritus sancti per eos loquentis perdiscere. Quidni ergo & nos ex eorūdem lectione mentem S. S. cognoscere possimus, nisi fortè velimus dicere, Prophetas & Apostolos obscurissimas prædicationis suæ partes prætermittis claris & perspicuis annotare voluisse. 8. Pontificii talem nobis Scripturæ ideam proponunt, *quod sit velut mortuum aliquod cadaver ac sceleton, statua muta, qua per Spiritum in Ecclesia & per Ecclesiam loquentem sit prius animanda, cum contra vivus & efficax sit Dei sermo* Hebr. 4. v. 12. cum toties in verbo Dei repetatur, *quod Scriptura ad nos loquatur, quod Spiritus per Prophetam dicat, quod Moses & Propheta in suis scriptis audiendi &c.* Cogitet autem quilibet, quàm propè accedat hæc Pontificiorum opinio ad Swencfeldianorum sententiam, qui itidem *Scripturam vocant mortuam literam eidemq; internum suum Spiritum inferunt.* 9. Quando Pontificii cupiunt demonstrare nos à Patrum doctrina secessionem fecisse, semper ingeminant, *Ita statuit Hieronymus, ita sentit Augustinus, ita docet Chrysostomus &c.* Sed quæro unde sciant, quod sic statuatur Hieronymus, quod sic sentiat Augustinus, quod sic doceat Chrysostomus? aliud quod respondeant, nō habent, quàm ex ipsorum verbis hoc colligi: ita nos dicimus, Pontificios à doctrina Prophetarum & Apostolorum secessionem fecisse. Si à nobis quærant, unde hoc sciamus, quid aliud responderi à nobis possit vel debeat, quàm ex ipsorum verbis in Scriptura annotatis hoc ipsum colligi. 10. Quamprimum ergo conceditur Scripturam sacram esse, *ἡ γραφή*, Prophetas & Apostolos fuisse Spiritus sancti amantissimos & ex impulsu Spiritus sancti locutos [quod Pontificii negare non possunt] statim etiam concedi oportet, Spiritus S. mentem ex illo libro & ex illis verbis discendam, neq; opus esse, ut ab Ecclesia, hoc est, ut ultima docet analysis, ex pectore Romani Pontificis demum hauriamus, quæ sit Spiritus S. in illis verbis mens & sententia.

36. Si dicas, *unde ergo petenda Scripturæ interpretatio,*
cum

cum negari nequeat, Scripturam in quibusdam locis esse obse-
nam & egere interpretatione? an non satius Ecclesie auto-
ritatem interpretandi vindicare, quam privatam sequi
Spiritus? Resp. 1. illa quæ ad salutem cuius scitu necessa-
ria, verbis claris & perspicuis in Scriptura proponuntur,
unde Scriptura comparatur lucernæ in loco caliginoso lucenti
2. Petr. 1. v. 19. atqui lucerna non indiget peregrino lumine,
sed ipsa potius alia illuminat. Ad illa igitur intelligenda &
interpretanda non requiritur lumen aliquod externum, aut
interpretatio aliunde petenda & inferenda, sed Spiritus S.
perspicuè & clarè in illis loquitur, ac per illa nativas intelle-
ctus nostri tenebras discutit. 2. In perspicuis illis Scripturæ
locis, quæ de articulis fidei ad salutem cuius scitu necessa-
riis agunt, proponitur regula fidei complectens doctrinam,
legis, cujus summa perspicuè proponitur in Decalogo; &
Evangelii, cujus summa proponitur Joh. 3. v. 16. & alibi passim.
Juxta illam fidei regulam interpretatio locorum obscuriorum
instituenda, adhibitis adminiculis aliis, de quibus in loco de
Scripturæ interpretatione tractatur, qualia sunt, seriæ preces,
linguarum cognitio, ordinis & circumstantiarum in quovis
loco observatio, locorum collatio &c. 3. Quod de Spiritu
humano ex Bellarm. lib. 3. de Eccles. cap. 3. affertur, ad
illud respondemus hoc modo. Si privatus aliquis ex perspi-
cuis Scripturæ dictis de cōtroversia quadam religionis judicat,
judicium illud non proficiscitur ex Spiritu humano & pri-
vato [quia non ex proprio hominis arbitrio & iudicio pro-
fertur] sed est publicum Spiritus sancti in Scripturis loquen-
tis iudicium. Vicissim si persona etiam in publico Ecclesie
ministerio constituta præter & extra Scripturam aliquid
profert, illud est ex Spiritu privato profectum, quia non
consentit cum publico S. S. iudicio. 4. Ex quo fundamen-
to rectè pronunciat Panormit. c. Significasti extr. de elect.
privato homini & fidei qui meliores rationes affert, potius cre-
dendum esse quam toti Concilio & Papa. Item Gerson in lib. de
exam. Doctr. consid 5. Staret quod aliquis simplex non auto-
risatus esset tam excellenter in sacris literis eruditus, quod plus
esset credendum in casu doctrinali sue assertioni, quam Papa de-
clara.

clarationi, est enim plus credendum Evangelio quam Papa. Nec non Marfil. Patav. in defens. pacis. In concernentibus fidem, etiam unius privati ac Laici dictum preferendum est Papa dicto, si moveatur melioribus rationibus V. ac N. T. quam Papa.

Antithetō,
continens
ocho ratio-
nes, propter
quas Papa-
tus d. feren-
dus.

Principii
Papistica
doctrina
conditio.

37. Atque hæc dicta sint de propositis octo quæstionibus, quæ omnia latius confirmari & uberius explicari possunt, si res ira exigat. Ut autem gratiam aliquam referamus chartularum istarum auctori, octo illis quæstionibus, opponemus octo rationes, quæ unumquemvis verè pium & cordatum movere debent, ut vel Papatum deserat, si illi innutritus, vel ab eo abhorreat, si ad eundem pelliciat. Earum verò quædam concernunt principium Papalis Theologiæ, quædam principia in illo fundata, quædam theoriam, quædam praxin Ecclesiæ Romanæ continent. 1. Principii conditio. Principium Papalis Theologiæ & fundamentum Ecclesiæ Romanæ consistit in eo, quod Pontifex Romanus utpote Petri successor non possit errare. Hoc cordatiores Jesuitæ non negabunt, quâdo enim per longas ambages disputationibus de Ecclesia, de Patribus, de Conciliis, de traditionibus &c. nos diu circumduxerunt, omnia tandem redeunt ad unicum illud principium, quod Pontifex non possit errare, Ecclesiam enim eatenus non posse errare statuunt, quatenus adhæret suo capiti Pontifici Romano, Patres eatenus audiendos esse, quatenus sententiæ Pontificis conformia docent, Concilia à Pontifice confirmationem recipere, traditiones Apostolicas in pectoris Papalis scrinio conservari. Ne multis sit opus, adducimus duo Bellarmini pronuntiata. Omnium dogmatum firmitas pendet ab autoritate presentis Ecclesiæ, scribit lib. 2. de Sacram. cap. 25. Ipsa infallibilitas in iudicio doctrina & fidei est in solo Pontifice, scribit idem lib. 4. de Rom. Pont. cap. 2. utiq; ergo infallibilitas Pontificis est unicum illud fundamentum, quo nititur dogmatum Papalium firmitas. In Conciliis scribit Stapleton. in relect. princ. fidei contro. 3. q. 6. Pontificis sententia pro norma & regula fidei fuit habita. Sed illud fidei principium quàm sit dubium, incertum & fallibile, patebit ex sequentibus. 1. Non potest infallibilitas illa Pontificis probari evidenti aliquo Scripturæ dicto. Quando de Pontificis Romani

Romani potestate & infallibilitate agitur, de summa rei Christiana agi Bellarminus scribit in præfat. lib. de Rom. Pont. sed hæc summa rei Christianæ debebat clavis & perspicuis Scripturæ testimoniis probari, ut fide indubitata possit credi. Afferunt quidem aliqua Scripturæ dicta, sed in nullo eorum disertæ & expressæ sit Episcopi Romani mentio, quædam enim de Pontifice V. T. quædam de Petro loquuntur, sed quis me in conscientia certum & immotum reddet, à Pontifice V. T. & à Petro ad Pontificem Romanum rectè ac legitime procedi? quæ potest ex Scripturis dari ratio, quod cum Petrus non solum Romæ sed etiam Antiochiæ & alibi Episcopos ordinaverit, tamen successionem cum infallibilitatis privilegio conjunctam Romanæ duntaxat cathedræ alligaverit. Bellarminus ingenuè fatetur lib. 2. de Pontif. cap. 12. *S. observandum: Romanum Pontificem succedere Petro non habetur expressè in Scripturis, tamen succedere aliquem Petro deducitur evidenter ex Scripturis, illum autem esse Romanum Pontificem habetur ex traditione Apostolica &c.* 2. Ipsi Pontificii nondum sunt certi de hoc theoremate fundamentalis, quod Pontifex non possit errare. Prætermitto plurimorum confessionem, qui expressis verbis docuerunt posse pontificem etiam in fide errare, quorum aliquos enumerat ipse Bellarminus lib. 4. de Pont. Rom. cap. 2. [inter quos est Adrianus VI. Papa in quæstione de confirmatione, qui statuit, Pontificem posse esse hereticum & docere heresim, si absq. Concilio generali desinat & de factò ita aliquando accidisse. Atqui si Pontifex errare non potest, sequitur Adrianum non errasse, quando Pontificem errare posse asseruit] sed longè plures enumerari possunt, ut enim Lyranus in cap. 16. Matth. scribit. *Ecclesia nõ consistit in hominibus ratione potestatis vel dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis, quia multi Principes & summi Pontifices [nota] & alii inferiores inventi sunt apostatasse à fide, propter quod Ecclesia consistit in illis personis, in quibus est notitia & vera confessio fidei & veritatis.* Quinimò tãtus est illorũ Pontificiorum autorum, qui Pontificem errare posse statuunt, numerus, ut Nicol. Crassus in antiparzenes. Patavii Ann. 606. edit. p. 62. scribat. *Omnes Theologi pro certo affirmant*

G *summum*

summum Pontificem errare & labi posse in ferenda sententia, & res ipsa hoc loquitur, refertissima enim sunt Historie exemplis. Prætermitto frigidas illas excusationes, quibus Marcellini idololatriam, Zepherini Montanismum, Liberii Arianismum, Honorii Monotheletismum, Johannis XXIII. atheismum & aliorum Pontificum errores palliare conantur, quæ commiserationem potius quàm assensum merentur, illud solum hac vice urgeo, quod illi ipsi qui Pontificem errare posse negant, contrariam sententiam non audeant ut hæreticam reprobare. Secunda sententia [scribit Bell. l. d.] quod Pōtifex ut Pontifex possit docere hæresin, si absq; generali Concilio aliquid definiat & defacto ita aliquando accidisse, non est propriè hæretica, nam videmus ab Ecclesia adhuc tolerari, qui illam sententiam sequuntur, tamen videtur omnino erronea & hæresi proxima. At si hæc sententia non est hæretica, quomodo constabit certitudo immota illi principio, in quod fides Pontificia unice resolvitur, quod scilicet iudicium Romani Pontificis sit infallibile sive solus sive in Concilio aliquid definiat. Urgeo etiam hoc, quod in jure Canonico cap. Si Papa. dist. 40. dicatur, Papam à nemine judicari, nisi deprehendatur à fide devius. Item quod Bellarm. disputat. lib. 4. de Pontif. cap. 7. non esse omnino certum, an possit nec ne esse hæreticus Pontifex. ut & lib. 2. de Pontif. cap. 30. operosè querit, an Papa hæreticus deponi possit, ubi quinq; diversas Catholicorū Romanensium opiniones enumerat. Atqui si est ex numero à devio Pontificem à fide deviare & hæreticum fieri, quo fine illa clausula in c. Si Papa, fuit addita? quo fine à Bellarmino disputatur, an Papa hæreticus deponi possit? Perinde enim hoc est, ac si quis disputet, an Angeli sancti in peccatū prolapsi cœlo exturbari possint, cum jam sint in bono cōfirmati ac post illā in bono confirmationē in peccatum plabi nequeant, ideoq; frustra queratur, an cœlo exturbari possint. Ne ipsi quidem Pontificii inter se consentiunt an Concilii an Papæ major sit autoritas. Sed de eo omninò opoteret ipsos esse certos, si infallibilitatis privilegium Pontifici vindicare vellent, Concilia enim quandoq; deposuerunt Pontifices, eosque ut hæreticos damnarunt

mnarunt, ut ex Synodo VI. Concilio Pisano, Basiliensi, Constantiensi &c. notum. Quod dixi Pontificios de hoc theoremate fundamentalis esse adhuc incertos constat ex eo, quod multi docuerunt, majorem esse Concilii quam Papæ auctoritatem. Cameracensis & Gerson in lib. *de potest. Pap.* Occamus, Cusanus, Alphonsus de Castro, Sorbona Parisiensis, Æneas Sylvius, postea Pius II. Pontifex & alii complures. Contrarium videlicet Papam esse supra Concilium, Jesuitæ pleriq; omnes hodie defendunt, sed non possunt priorem sententiam tanquam erroneam & hæreticam damnare, unde Bellarm. lib. 2. de Concil. cap. 13. scribit, *usq; ad hanc diem questionem ea de re superesse inter Catholicos.* Atqui si Papæ iudicium est fidei nostræ principium & fundamentum, si in Papa infallibilitas formaliter & principaliter quærenda, utiq; certum esse debet, quod sit supra Concilium, quippe cui infallibilitatem unicè impertit & communicat. Si verò nondum certum est, sed quæstio de eo adhuc superest, utrum Papa sit supra Concilium, utiq; iudicium Papæ non potest esse principium fidei. 4. *Dubius Papa habetur, pro non Papa* scribit Bellarminus, sed sæpius fuit dubium, quisnam esset verus Pontifex, unde aliquoties à Conciliis duo vel etiam tres de Papali sede velut vultures de prædâ contendentes sunt depositi & alius surrogatus. Ergo eo tempore non habuit Ecclesia Pontificem, ergò destituta fuit visibili capite, ergo non habuit authenticum & infallibilem iudicem, ergo destituta fuit fidei suæ fundamento. 5. Deniq; Pontifices sæpius abrogarunt prædecessorum suorum decreta, ut constat ex Historia Formosi, Stephani, Romani, Johannis &c. Ut enim acta Formosi Stephanus, sic acta Stephani Romanus, acta Romani Johannes abrogavit. Ecquis igitur eorum infallibilis fuit, ut enim plus uno verum esse non potest, ita non nisi unus infallibilis esse potuit. Expendat hæc in verò Dei timore quilibet, antequam in gremium Romanæ Ecclesiæ sese conferat.

38. 2. *Multiplicis idololatriæ introductio.* In Papatu honor invocationis tribuitur B. Mariæ, Angelis, Sanctis, imaginibus, pani consecrato, Atqui hic honor soli Deo datur,

2. *Multiplicis idololatriæ introductio.*

betur, ergo idololatria in Papatu committitur. Multa quidem excipiunt, utpote *quod non λατρείαν sed δαίαν & ὑπερ- δουλείαν illis tribuant, quod non invocent sanctos ut Deum.* sed resp. 1. quidam ex ipsis Pontificiis agnoscunt honorem Deo proprium rebus creatis præposterè & idololatricè in Papatu tribui. Ludov. Viv. in comm. lib. 8. de civ. Dei cap. 27. *Multis Christiani [Papicolæ] Divos Divasq; non aliter venerantur quàm Deum, nec video in multis, quod sit discrimen inter eorum opinionem de sanctis & id quod gentiles putabant de Diis suis.* Cornel. Agrip. de vanit. scient. cap. 57. *Dici non potest, quanta idololatria alatur apud rudem populum per imaginum cultum.* 2. Discrimen inter λατρείαν & δαίαν non potest idololatriæ accusationem depellere. Non enim hîc quæritur, quo vocabulo Pontificii illum cultum, quem Sanctis tribuunt, exprimant, sed quid secundum Scripturæ normam de illo cultu sit statuendum. Jam verò Scriptura testatur, idololatriam esse, si cultus invocationis soli Deo debitus tribuatur creaturis. Omnis enim cultus ad primam tabulam pertinet soli Deo debetur. Jam verò cultus invocationis pertinet ad primam tabulam. Ergo soli Deo debetur & per consequens si creaturæ tribuatur, idololatria cōmittitur. Excipimus hîc ipsâ Scripturâ præviâ carnem Christi, quæ non est extra Deum sed in ipsam λόγου ὑποστασις & thorum dextræ Dei evecta, Deo σύνθετος facta & προσκυνητὴ rectè dicitur. 3. Cultus religiosæ adorationis illi solùm debetur, qui est Ecclesiæ sponsus, quia refertur inter obsequia juxta tabulas matrimoniales sponso ab Ecclesia sponsa unicè debita. Psal. 45. v. 12. jam verò solus Deus ac solus Christus est Ecclesiæ sponsus, ergo ipsi unicè debetur cultus religiosæ adorationis, unde etiam adulterii ac scortationis Spiritualis nomine in Scripturis venit religiosa adoratio ulli rei creatæ extra Deum attributa. 4. Effugium illud Greg. de Valentia *quod ea demum sit idololatria, quando divinus honor creaturæ habetur ut Deo,* non est unius assis æstimandum. Quandoque enim creaturæ alicui divinus honor exhibetur, eo ipso creatura ista in Dei locum evehitur ac pro Deo habetur, siquidem divinus honor non est nisi is, qui Deo debetur, ac proinde oblato tali honore ipsa divinitas reverà illi attribuitur &

tur & ex immota consequentia attribui intelligitur, cum
 nulla relatio sit extra fundamentum. Valentinianum illud
 assumentum perinde se habet ac si quis definire velit adulte-
 rium concubitum cum altero, qui non est conjunx tanquam
 cum conjugē, ac inde evincere quod non sit adultera, quæ
 commisceatur ei quem non habet pro conjugē, sed ea tan-
 tum, quæ alteri ut conjugē cohabitāt. 5. Cum primis verò in
 hostiæ consecratæ adoratione magnum subesse idololatriæ
 periculum, ipsimet Pontificii agnoscunt. Biel lect. 49. in
 Canon. *Quia non potest esse evidens certitudo neq; celebran-
 ti neq; populo circumstanti de conversione panis in corpus Christi
 propter defectum aliquem impediētem & contingere potentem,
 ut quod fortè celebrans non est Sacerdos, siquidem nullus cele-
 brans potest evidenter scire se esse baptizatum aut legitime or-
 dinatum. Similiter propter defectum alicujus necessario requisi-
 ti ad consecrandum utpote debita intentionis, aut errorem com-
 missum in forma vel in materia & multò minus circumstantes
 infallibiliter scire possunt sub hostia fore Christum, ideo adoratio
 fieri debet sub conditione habituali tacita vel actuali expressa
 tali scilicet, si servata sint omnia ad consecrationem necessaria.*
 Summa Angelica in verbo Eucharistia, multa consecratio-
 nis requisita enumerat, quorum uno deficiente non fiat
 transubstantiatio. At quis spectatores reddit certos, illa o-
 mnia præstò esse, præsertim verò intentionem consecratio-
 nis? & quotusquisq; spectatorum cum illa conditione panē
 adorat? meritò ergo hinc cum Christo aliquis dixerit, *Vos a-
 doratis quod nescitis.* Joh. 4. v. 22. 6. Negari nequit imagini-
 bus & pani consecrato ipsam latriam in Papatu tribui. Thom.
 p. 3. q. 25. art. 3. *Omnis imago est veneranda, sicut illud cujus est
 imago, cum ergo Christus adoretur adoratione latriæ, consequens
 est, quod imago ejus etiam adoranda sit adoratione latriæ.* Bel-
 larm. lib. 4. de Euch. cap. 29. *Cultu latriæ dicimus per se & pro-
 priè Christum esse adorandum & eam adorationem etiam ad
 Symbola panis & vini pertinere, quatenus apprehenduntur ut
 quid unum cum Christo, quem continent.* Sed de Pontificia ido-
 lolatria alibi à nostris plenius agitur.

39. 3. Dogmatum Papalium & Scripturæ sacræ contra-

G 3

3. Dogma-
 tum Vapa-
 lium & scri-
 pturæ con-
 tradictio.



dictio. Non negamus quosdam fidei articulos in Romana Ecclesia purè doceri, de illis verò non est nobis hoc loco quæstio, sed de dogmatibus Papalibus, h. e. de illis, quæ extra & præter Scripturam pro fidei articulis obtrudunt, ubi sic concludimus. Quicumq; cœtus dogmata cum Scriptura pugnantia pertinaciter defendit ac propugnat, ab eo cœtu juxta mandatum Christi Matth. 7. v. 15. Joh. 10. v. 5. & Apostolorum Tit. 3. v. 10. 2. Joh. v. 10. &c. cavendum ac discedendum. Sed cœtus Pontificiorum talis, ut cõstat ex omnibus articulis, de quibus veræ Ecclesiæ cum Pontificiis controversia intercedit. Ergo. Sic Scriptura unicum Christum *Ecclesiæ sponsum & caput* esse docet Joh. 3. v. 29. 2. Cor. 11. v. 2. Eph. 1. v. 22. Colos. 1. v. 18. Sed Pontificii suum Pontificem sponsum & caput Ecclesiæ vocant. Scriptura docet, veram *Ecclesiam esse superstructam fundamento Prophetarum & Apostolorum* Eph. 2. v. 20. neq; quicumquam in fidei articulis docere ac recipere extra verbum Gal. 1. v. 8. Sed apud Pontificios traditiones *prietatis affectu cum scripto Dei verbo acceptari jubentur.* Scriptura uni vero Deo cultum invocationis dependere mandat Psal. 50. v. 15. Esai. 42. v. 8. Gal. 4. v. 8. Sed Pontificii Sanctos etiam invocant sine mandato, sine promissione divina, sine probato exemplo Scripturæ. Scriptura docet Deum esse colendum juxta normam in verbo propositam Deut. 4. vers. 2. Matth. 15. v. 9. sed Pontificii instituunt novos cultus extra & præter Dei verbum, probant *ἑτεροθρησκείας* &c. Scriptura docet nos non nisi fide in Christum coram Deo justificari Rom. 3. v. 4. Eph. 2. Gal. 2. v. 16. Sed Pontificii operum merita & satisfactiones proprias propugnant. Scriptura docet in lege divina requiri obœdientiam spiritualem, perfectam & omnibus numeris absolutam, quæ in hujus vitæ infirmitate non possit plenè & perfectè à nobis præstari Act. 15. v. 10. Rom. 8. v. 3. unde etiam sanctissimi peccatorum remissionem ex præscripto Christi quotidie petunt, at ubi necessariò peccatorum remissio, ibi non habet locum perfecta legis impletio. Pontificii contra docent, legem non solùm impleri, sed etiam opera superrogationis posse præstari. Scriptura docet, concupiscentiam in renatis adhuc reliquam esse peccatum Rom. 7. v. 14.

7.v.14. & seq. Sed Pontificii docent eam non habere peccati rationem. Scriptura docet fidei πληροφροσίαν ac certitudinem. Rom. 4.v.41. cap. 8.v. 38. &c. Pontificii propugnant dubitationem. Possunt hujusmodi longè plura afferri per singulos articulos discurrendo. Novimus sanè Pontificios variis distinctionibus & subterfugiis vim argumentorum ex scripturis adductorum elidere conari, sed distinctiones illæ sunt ad inventiones humanæ extra & præter Scripturam excogitatae, ideoq; conscientia, quæ ad unicum Dei verbum divino mandato se astrictam novit, non possunt quietam reddere. Quinimò tantus est veritatis fulgor, ut ipsorum adversariorum oculos feriat, unde parati sumus in omnibus & singulis controversis articulis quorundam ex ipsis Pontificiis non contorta & obscura sed manifesta & perspicua testimonia pro nostra sententia adducere.

40. 4. *Gloria Dei ac Christi labefactatio.* Per Papisti-
 eas corruptelas gloriam Dei ac Christi labefactari multis de-
 monstrari potest. Honorem religiosæ adorationis soli Deo
 proprium transferunt ad sanctos defunctos; Misericordiam
 Dei labefactant propugnando nostrorum operum merita ac
 nostras satisfactiones. August. lib. 2. de peccat. remiss. cap. 24.
Gratia non est gratia ullo modo, si non sit gratuita omni modo.
 Bellarminus ipse lib. 2. de pœnit. cap. 12. *Meritum ex condigno
 opponitur gratia.* Justitiæ divinæ gloriam labefactant opera
 nostra imperfecta & immunda perfectissimæ & infinitæ Dei
 justitiæ opponi posse docendo; satisfactiones nostras exi-
 gendo, [cùm justitia divina utpote infinita non patiat sibi
 satisfieri nisi per æquivalens ac infiniti valoris precium,]
 peccata quædã suâ Naturâ venialia statuendo [cùm quodli-
 bet peccatum utpote contra infinitam Dei justitiam com-
 missum non possit non esse suâ Naturâ mortale.] Veritatem
 Dei labefactant dubitationis dogma propugnando 1. Joh. 5. v.
 10. *Qui non credit Deo, mendacem facit eum,* discrimen libro-
 rum Canonicorum & apocryphorum tollendo, [quia hac
 ratione falsa illa, quæ in libris apocryphis occurrunt, ipsi
 Deo tribuuntur.] Sapientiam Dei labefactant Scripturas
 obscuritatis arguendo, & humanas ratiocinationes divinæ
 institutioni;

4. Gloria
 DEI ac
 Christi la-
 befactio.



institutioni præferendo. Sic propter dogma de concomitan-
tia discedunt ab institutione Christi qui sub utraq; specie,
Eucharistiam instituit. Quomodo in verbum & opera Dei
sint iniurii, multis demonstrari posset. Christi gloriam itidem
multis modis labefactant, negant ipsi secundum humanam
Naturam per unionem personalem & sessionem ad dex-
trâ Dei datam verè divinam majestatem & gloriam contra
expressâ Scripturâ dictâ Psal. 8. v. 7. Dan. 7. v. 14. Matth. 28. v.
18. Joh. 17. v. 2. Eph. 1. v. 20. &c. negant Christum secundum
utramq; Naturam religiosâ *λατρεία* adorandum, unde cul-
tum aliquem minorem, quem *ὑπερδουλείαν* vocant, humanæ
ejus Naturæ assignant. Gloriam officii labefactant plures
Mediatores & Salvatores introducendo, ut enim nihil dica-
mus de B. Maria & sanctis defunctis, Bellarm. lib. 1. de purg.
cap. 14. *hominem sui ipsius redemptorem & salvatorem* rectè ap-
pellari posse scribit: Christum secundum divinam Naturam
esse Mediatorem nostrum negando, quâ ratione ex officio &
operibus Mediatoris divina *ἐνεργεια* tollitur, & tota illius effi-
cacia penitus evacuatur, quia ad officium Mediationis & o-
pera Mediatoris requiritur, ut reconciliet nobis Deum ira-
tum, satisfaciât infinitæ Dei justitiæ, tollat peccatum, supe-
ret hostes potentissimos, Diabolum, mortem, infernum &c.
quæ omnia divinam & infinitam *ἐνεργειαν* requirunt. In spe-
cie Propheticum Christi officium labefactant, Magisterium
fidei, quod Christo unicè competit Matth. 23. v. 8. Romano
Pontifici tribuendo, Christum in proprio suo officio Legisla-
torem fuisse statuendo, [quâ ratione peccati & mortis mini-
strum eum faciunt docente Apostolo Rom. 7. v. 7 8. 2. Cor. 3.
v. 7. Gal. 2. v. 17.] quinq; nova Sacramenta præter duo ab ipso
Christo instituta fingendo, [cùm soli Deo institutio Sacra-
mentorum competat, ut rectè docet Thom. part. 3. q. 64. att.
2.] Eucharistiæ institutionem à Christo factam mutando,
quia Sacramentum mutant in sacrificium, *κοινωνίαν* corporis
mediante pane faciendam in transubstantiationem panis in
corpus, panis consecrati manducationem in repositionem, cir-
cumgestionem &c. & Laicis unam tantùm speciem distri-
buunt. Sacerdotalis officii Christo proprii gloriam labefa-
ctant, cùm obœdientiam & satisfactionem Christi pro nobis
præstitam

prestitam adeoq; sanctissimum illius meritum convellendo, dum negant Christi satisfactionem simpliciter ad redemptionem & salutem nostram fuisse necessariam, divinæ Naturæ ἐπέχειν à satisfactione & merito Christi excludunt, rationem ac precium satisfactionis à Christo præstitæ in nuda acceptatione divina statuunt, Christum iram Dei & dolores infernales sensisse inficiantur, pro peccatis & peccatorum poenis perfectè ipsum satisfecisse negant, merito Christi merita nostrâ conjungunt, Christum sua obœdientia & satisfactione talem justitiam, quæ per fidem nobis imputetur, promeruisse pertinaciter negant, Christum sibi ipsi suâ passione & obœdientiâ gloriam & exaltationem promeruisse asserunt, Christi passionem esse solam & totalem meritoriam justificationis & salutis nostræ causam negant, meritum Christi pecuniis vendunt, quando thesaurum indulgentiarum suarum distribuunt; tum sacrificium in ara crucis oblatum per Missaticum sacrificium convellendo, dum præter unicum N.T. Sacerdotem alios secundarios Sacerdotes propriè sic dictos innumeros statuunt, Christum sæpius & quotidie adhuc in Missa offerri asserunt ad impetrandam pro peccatis nostris propitiationem, [cùm Scriptura expressè testetur Christum unicâ oblatione consummasse in æternum sanctificandos Hebr. 9. v. 28. cap. 10. vers. 14. & c.] quæ omnia alibi probantur & inanes Pontificiorum distinctiones, quibus sese munire cupiunt, excutiuntur. Regii officii gloriâ labefactant dum humanâ Christi Naturam ab omnipresente in cœlo ac terra dominio excludunt, Pontificem Christi vicarium statuunt, honorem, dignitatem, opera & nomina Christo Regi propria ad Rom. Pontificem transferunt, ac regnum temporale sub prætextu vicariatus Christi ipsi tribuunt. Sed de his & aliis corruptelis, quibus Dei Patris, Christi & Spiritus S. gloriam Pontificii labefactant, plenius actum fuit disp. 1. 2. & 3. de glor. Dei.

41. 5. *Vivæ consolationis everfio.* Electionem statuunt factam ex prævisis meritis, jam vero non solum lex divina sed etiam propria conscientia nos convincit opera nostra non esse perfecta ac proinde nec meritoria, quomodo igitur statuere poterimus nos esse in numero electorum? Scriptura-

H rum

5. *Vivæ
cōsolatio-
nis everfio.*

rum lectionem Laicis detrahunt sicque consolationem ex
 Scripturæ lectione & meditatione in omnibus adversis hau-
 riendam ipsis adimunt. Justificationem in nostris meritis &
 satisfactionibus quærendam esse asserunt, in contritione do-
 lorem appreciativè summum requirunt, fidem ex partibus
 pœnitentiæ auferunt, confessionem in pœnitentia requisi-
 tam speciali omnium & singulorum peccatorum mortalium,
 quæ post diligentem præmeditationem & districtum examē
 in mentem venerunt, circumstantiarum etiam quæ peccati
 speciem mutant vel illud aggravant, enumeratione in aures
 Sacerdotis constituto tempore facienda definiunt, satisfa-
 ctiones proprias à pœnitentibus exigunt, proprium & adæ-
 quatum fidei justificantis objectum pervertunt, fidem justifi-
 cantem fiduciam esse negant, de gratia Dei & peccatorum re-
 missione perpetuò dubitandum esse docent, imputationem
 justitiæ Christi negant, bona opera esse merita vitæ æternæ
 propriè dicta ad salutem æternam atquirendam absolutè ne-
 cessaria asserunt, fiduciam in nostris meritis ponendam do-
 cent, Sacramentorum finem esse negant promissiones Evan-
 gelicas instar sigilli confirmare, intentionem administrantis
 ad Sacramentorum integritatem & efficaciam requiri asse-
 runt, Baptismi efficaciam in futurum se extendere negant,
 usu benedicti calicis Laicos fraudant, in purgatorium pios
 ablegant, infantibus Christianorum non baptizatis vitam
 æternam denegant &c. quibus & similibus corruptelis quo-
 modo fundamenta veræ & vivificæ consolationis in verbo
 Dei propositæ labefactent, plenius ostensum fuit Disput. 1.
 & 2. de fundam. consol.

6. Studii pietatis diminutio. 42. 6. Studii pietatis diminutio. Vera pietas comple-
 ditur 1. peccatorum ex lege agnitionem & seriam de illis
 contritionem. 2. veram in Christum fidem. 3. fructus & effe-
 ctus fidei bona opera. Sed per corruptelas Pontificias hæc o-
 mnia labefactantur. Quomodo enim peccatorum agnitio
 seria ac sincera locum habet, si docetur, concupiscentiam in-
 renatis adhuc reliquam non esse peccatum, renatos non so-
 lum legē perfectè implere, sed etiam opera supererogationis
 præstare, propria merita & satisfactiones proprias ab illis ad
 Dei judicium afferri posse? Quomodo vera in Christum fides
 confi-

consistit, si negatur imputatio justitiæ; & applicatio meriti Christi, si dogma dubitationis perpetuæ propugnatur? Quomodo opera verè bona esse possunt quæ procedunt non ex filiali obsequio, sed ex mercenario & servili animo? *Vera caritas*, inquit Bernhardus, *mercenaria non est, quamvis merces eam sequatur*. Sic & nos dicimus, Verus Dei cultus ac vera pietas mercenaria nō est, hoc est, non præstatut intuitu mercedis, sed ex filiali obœdientia, ut pro eximiiis & inenarrabilibus beneficiis homo Deo creatori & Christo redemptori & Spiritui sancto sanctificatori sese gratum præstet. *Vera humilitas ignorat propria merita*, inquit Bellarm. lib. 5. de Justificat. cap. 6. Næ ergo arrogantes admodum & humilitatis Deo gratæ expertes oportet esse, qui merita non solùm noverunt, sed etiam propugnant & fiduciam in illis collocandam esse docent. Sed hac de re alibi plenius & ex professo.

43. 7. *Varia crudelitatis executio*. Cogitentur Historiæ Superiorum temporum, quantam crudelitatem exercuerit Romanus Pontifex & ipsius satellites adversus eos, qui in solo Dei verbo fidei fundamentum quærendum & statuendum, ac in sola Christi obœdientia & satisfactione justitiam coram Deo valentem statuendā, nec in nobis vel nostris meritis sed in solo Christo fiduciæ fundamentum quærendum esse docuerunt ac professi sunt. Cogitentur Laniena Parisiensis in Gallia, conjuratio pulveraria in Anglia; inspiciatur processus Inquisitionis Hispanicæ, in memoriam revocentur bella contra eos, qui à Romana Ecclesia secesserunt gesta, videantur rogi Martyrum, examinetur sanguinarium theorema, quod hæretici, id est, omnes qui non consentiunt in omnibus & singulis articulis cum Romana Ecclesia, supplicio capitali sint afficiendi, quod populo non liceat tolerare Regem hæreticum, quod Pontifex possit absolvere subditos Regis hæretici à juramento homagii &c. Hæc & similia examinentur juxta praxin Christi & Apostolorū in N. T. & unicum duntaxat afferatur manifestum dictum, quod in N. T. talis processus cōtra hæreticos sit instituendus. Pleni sunt nostrorum libri, plenus orbis terrarū querelis de Romanæ Synagogæ adversus quosvis à se dissententes crudelitate, ejus participem se reddit, & pœnam divinam, quæ ob hanc crudelitatem eandem manet, experietur, quisquis sciens ac volens à Confessione Evangelicæ Doctrinæ secessionem facit & ad Romanæ Ecclesiæ gremium, sese confert. Cainica Ecclesia est sanguinaria, sed vera Ecclesia non

7. *Varia
crudelita-
tis execu-
tio.*



litit sanguinem', quia sponsus ejus est Agnus. Vir quidam magnus
T. G. quoties lanienam Parisiensem & reliqua Romanæ crudeli-
tatis exempla in memoriam sibi revocavit, dicere solitus fuit: De-
ficerem à Romana Ecclesia ob has cædes, si vel nullam aliam vide-
rem causam.

8. Coacti
calibatus
impositio.


44. 8. *Coacti calibatus impositio.* Cælibatum nequaquam
improbamus in illis, qui extra conjugium castè vivunt, sed legem
coacti cælibatus Ecclesiæ ministris impositam toto pectore da-
mnamus. Apostolus 1. Tim. 4. v. 2. expressè pronunciat, *nuptiarum
prohibitionem esse doctrinam demoniorum*, quod nemo mirabitur,
qui expendere velit fructus ex lege coacti cælibatus ortos. Faten-
tur ipsimet saniores Põtificii, Ecclesiæ ministros non divinâ aliquâ
& Evangelicâ lege ad cælibatum astringi, sed Ecclesiastica cõstitu-
tione, vel ut alii volunt, Apostolicâ traditione. Cur igitur tantum
onus, cui ferendo ipsos impares esse non testatur, sed clamat expe-
rientia, Clericis suis imponunt? Apostolus noluit cuiquam *la-
queum* per interdictum conjugii *injicere* 1. Cor. 7. v. 35. cur sapien-
tiores esse voluerunt ipso Apostolo? Quos fructus pepererit lex
coacti cælibatus dies Domini aliquando manifestabit. Legatur
querela oratoris Bavarici in Concilio Tridentino, expendantur
causæ, propter quas in libro INTERIMISTICO relaxata fuerit il-
la lex invito licet Pontifice. Sed de his suo loco ac tempore plenius,
hic illud duntaxat addimus. Qui Papatui se conjungit, participem
se facit omnium peccatorum, scandalorum, ac turpitudinum,
quæ ex lege cælibatus in Ecclesia ortæ, quia ipso facto legem co-
acti cælibatus non minus quàm reliqua Papalis Ecclesiæ dogmata
confirmat. Repetimus coronidis loco divinum oraculum Apoc.
18. v. 4. *Exite de Babylone populus meus, ne participes sitis delictorum
ejus, & de plagis ejus non accipiatis, quia pervenerunt peccata ejus
usq; ad cælum & recordatus est Dominus iniquitatum ejus*, quæ ver-
ba aliquando in agone mortis & in extremo judicio erunt fulmina
in cordibus eorum, qui in vera doctrinæ Evangelicæ confessione
instituti scientes ac volentes Papatui sese aggregant.


Deus conservet nos in veritate, *sermo ipsius*

veritas est. Amen,

F I N I S.







Farbkarte #13

B.I.G.

20

S U M
NES PAPISTICAS,

u s
T Æ

SES SIM-
AS ILLA QVEA-
rahere annituntur:

lem rationes,
ESIAM DESE-
ordato persuadere

B U S
ante Maximo

IDIO
GERHARDI
ORIS ET PROE.

tembris instituenda
ddet
S AMPLISS. FAC.
djunctus.

Æ
LITHANDRI,

C XIX.

T 162 (20)

